

1501.



C. W.
25

DISSERTATIO
IVRIDICO-POLITICA
ROMANO GERMANICI IMPERII,

QVAM
ASPIRANTE DIVINO NUMINE

EX
DECRETO & AUCTORITATE

Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi Iuris Consultorum Or-
dinis in Illustri & celeberrima Franciæ Orientalis
quæ est Herbipoli ad Mœnum

JULIA UNIVERSITATE

PRO LICENTIA

In Augusto Iuristarum Collegio evergebat

IOANNES CHRISTIANVS TEUTO.

EX NIENBURG,

ad diem 30. Augusti, Anno 1666.

Cum permissa Superiorum.



HERBIPOLI.

Typis Eticæ Michaëlis Zinck, Typographi Aulico-Academici.

SERENISSIMO, CELSISSIMO, ILLUSTRIS-
simoque Principi ac DOMINO,

D G E O R G I O
W I L H E L M O ,

S. R. I. P R I N C I P I ,

D V C I

B R V N S V I C E N S I & L Ü N Ä B V R G E N S I , & c .

Domino meo Clementissimo.

Reverendissime, Serenissime, Illustrissimeque Princeps
ac Domine, DOMINE Clementissime,



AVSÆ, quibus impulsus, ut hanc Dissertationem Juridico-Politicam Romano-Germanici Imperij, tum administrationis togatæ, quam militaris REVERENDISSIMÆ CELSITVDINI VESTRÆ, ad aureum virtutum moralium & intellectualium clivum, magnis naturæ Heroicæ dotibus ad maxima quæquæ prognatæ in mei propensissimi & gratissimi Animi testimonium inscriberem, & humillimè offerrem, sunt complures. Inter quas & hæc quidem primaria, quod tanti, tam invitati inauditiq; Vestri, ab aliquot jam annis in me, meosq; consobrinos Schrôders exereverunt favores, ut ingratitude verer, si detrectem; omnem meritò, si quem in me cernitis fructum efflorescere SERENISS. CELSITVD. VEST. acceptum fero. Nec ultima est Juridico-Politicæ præstantia, dignitas & utilitas, ut homo in hac vita præstantiorem assequi non possit, ait Plutarch. in Cat. Major. Socrat. apud Xenoph. est enim Regina scientiarum, Tholos. lib. 10. c. 4. n. 1. quæ Urbes parit, Cicer. 5. Tuscul. beatas & florentissimas Resp. efficit, Plato 5. & 6. de responsis. Quæ sola hodie mundum universum regit, patrit. 1. de reg. Quamobrem cum generosum & omni favore dignum ingenium, cui hæc disciplina curi & cordi sit, Socrat. apud Xenoph. dignamini clementissimo vultu, favente manu & mente lauretum hoc meum Politicum

ticum VESTRÆ in me largifluxæ munificentia, & meæ in
VOS pietatis atque gratitudinis sempiternæ memnosy-
non suscipere, meaq; studia, quibus SERENISS. CELSI-
TVD. VESTR. quàm fidelissimè & promptissimè inser-
vire aveo, datâ operâ & occasione promovere. Largia-
tur Deus Ter Opt. Max. SERENISS. CELSITVD. VEST. pa-
catum regimen, ut imprimis Deo honori, Reip. Rom.
Imp. bono, Patriæ commodo, subditis patrocinio & SE-
RENISS. CELSITVD. VESTR. fructui & emolumento sitis,
ad cuius desiderij metam, SERENISS. CELSITVD. VESTR.
Animum supremus Auriga Deus Trin. Unus, cuius pro-
tectioni & regimini SERENISS. CELSITVD. VESTR. quàm
diligentissimè commendo, ducat, regat & flectat. Hor-
bipoli ex Musæo meo, die 14. Augusti, Anno M. DC.
LXVI.

Reverendissimæ Serenissimæq;
Celsitudinis Vestræ

Sevus devotissimus

IOANNES CHRISTIANVS TEUTO



Ad Nobilem ac Srenum D. Defendentem.

A Rte colis pariter Martem, dum Martis & artis
Tela subis; deceat de toga teque sagum.
Sic clamat virtus tua, sic doctrina, tuoque
Heroicæ vires: **STEMMATIS ECCE DECOR.**
Postulat hoc etiam celebris Legatus in orbe,
(Cellensis Ducis est) **WITTE PARENTIS AMOR.**
Segnior haud alius, quem nunquam vicerat artis
Pugna Helmstettensis; Nam **PATRVELIS** erat.
Brandenburgensi primus quoque poscit in aula
A DERNTHAL. SCHRÖDER, sanguine juncus amat.
Vindicat **AGNATVS** nec non, simul atque **PATRINUS**
Vindicat hoc **FRATER,** vindicat hocque **PATER.**

Applaudendum apponetur.

IOANNES PHILIPPVS & SOLL
I. V. Studiosus.

Ad eundem.

II.

S Temmate Tu **TEUTO,** forti patriâq; vocaris,
Teutonicâ sapiens integritate vales
Nunc sis in aperta **TEUTO** generosus arena.
Prælia doctrinæ, sunt tibi bella, tuæ;
Nec tu Juridico, Nec Martis rangeris ictu;
Personâ es pollens, ingenioq; potens.

HENRICVS IACQVEMIN
I. V. Studiosus.

AD

Ad eundem.

III.

LUX optata nimis redijt, coelestia Plaudunt,
Nuptia quæ nunquam sunt moritura tibi
Exultat sine fine polus, quoque teutica **TURBA**,
Cui virtute tua gaudia blanda paras:
Hac te lægganunt omnes tuâ fama loquendi,
Materiam præbens cuncta per ora volat.
Inque suas læti curruntque per omnia laudes,
TEUTO es fortis, fortia facta probant.
Ardua res vicisse alios! Victoria major
Est animi fluxus composuisse suos.
Ne vires abscondet tuas ne cede labori
Ista est arbitrio cura relicta tuo.
Nomen habes forte sunt hæc præfagia rerum
Maxima, & hoc nomen grandius omen habet.
Certandum est, nulli veniunt sine Marte triumphis,
Et nisi certanti nulla corona datur.
Vngit Apollo comas, Pallas fert læta racemos,
Frons tegit æternum non moritura caput.

HENRICVS MELCHIOR WREDE
I. V. Studiosus.





D. T. O. M.

DISCVRSVS I. DE PROLEGOMENIS.

T H E S I S. I.

Vocis intelligentiã in ipsam rerum cognitionem provehimur a meritò nos id ipsum in politicis observamus, cujus vocabuli varia est significatio b: sumitur abstractivè c, & concretivè d, illa distinguitur in Civilem & Ecclesiasticam e, atque hoc modo aut systematicè f, & habitualiter g, estque porrò politia duplex: Generalis h, & specialis i, de illa nobis sermo est.

a) Scheg. in Top. p. 98. Cic. 1. offic. Scal. exerc. 1. S. 1. b) dicta est politia ἀπὸ τῆς πόλειος, à civitate, à quo derivatur ὁ πολιτικός, Civis, ἢ πολιτεία ipsa forma secundum quam Resp. administratur, & πολιτικαὶ πράξεις civiles actiones item πολιτικοὶ. homines in tali gubernatione recte versantes, aut qui hac civili scientiã præditi sunt, Schon. in pol. l. 1. c. 2. in pr. Besold. class. 1. pol. disp. j. Gol. in prol. pol. in pr. Timpl. l. 1. pol. q. 1. c) Et hoc significat ipsam administrationis constitutionem ordinem cœtus publici in genere humano v. c. politiam qua est Herbi poli. d) Concretum importat præter formam certam hominum Societatem in certo loco habitantium, e. g. politiam Germanicam, intellige gentem unã cum forma regiminis. e) Civilis est, qua cœtus politicus dirigitur ad honestum: Ecclesiastica est, qua societas humana dirigitur ad salutem & cultum Deo præstandum. f) Systematicè dicit legitimam præceptorum comprehensionem. g) habitualiter notat habitum benè regendi & gubernandi. h) Politia generalis considerat generaliter statum publicum, v. c. SS. Romani Imperij. i) Speciali politia versatur circa statum politicum in accommodatione ad certa loca, tempora, & personas, qualis Moguntina. Franconica, Braunsuicensis.

T H E S I S. II.

Politiam est prudentia benè de Rep. judicandi, eamque rectè constituendi, & sapienter ad publicam salutem administrandi a; objectum adæquatum est homo quatenus civilis b: Distribuitur politica ad modum disciplinarum practi-
A
carum

2.
garum ratione finis rectè in duas partes: συστατικὴν ἢ. e. constitutricem Reip.
& διοικητικὴν, hoc est eiusdem administrationem.

a) Politia posse definire constat ex Arist. 3. pol. 1. ubi ait: πολιθεΐα τῶν τῶν πόλιν οἰκονομῶν ἔστι λαξίς τις. ex Alth. Golio. Keck. Cass. l. 1. c. 1. qui definit, quod sit scientia bene administrandi civitatem. Timpl. l. 1. pol. c. 1. Duodecim refert definitiones politices variorum auctorum. nobis dicta placet. Hinc non movent argumenta Christ. Matth. in Syst. pol. in proleg. f. 2. Ex Logica desumpta, cum ultimo ad rationes ipse respondet. b) Alij pro objecto statuunt Remp. alij modum bene administrandi civitatem, alij statum publicum, alij civitatem, alij consociationem hominum, quorum opinio sustineri potest, si pro objecto cognitionis venditent; Si verò modum & formam civiliter vivendi & administrandi Remp. operationis objectum optimè dicimus, est homo quatenus civilis. Idq; à natura objecti; quia objectum non debet ingredi constitutionem eius cuius est objectum, sed extra illud esse. 2. quia objectum non debet demonstrari & tractari in ea scientia, in qua est objectum. 3. quia est fundamentum & radix, à qua omnia ea, qua tractantur in ea disciplina, Zab. de tribus præcog. c. 2. Atque hæc singula competunt homini quatenus est civilis, vel moribus civilibus informandus. E. c) Per pauci hætenus de accurata ejus distributione solliciti fuerunt. D. Thom. Aquin. & Gol. ea, de quibus tractat politica ad capita; Tholos & Danaus ad libros certos referunt. Nobis cum Arist. l. 1. Oecon. c. 1 placet distributio bipartita, ait enim quod politia sit & civitatem ab initio constituere, & constituta bene uti. Et ideo, quia consentit cum natura distributi. 2. quia membra dividenda inter sese pugnant. 3. quia divisum adæquatim membris dividendis simul sumtis. E.

THESIS III.

POLITICAM non ob hominum tantum pravitatem, sed artis necessitatē utilem & necessariam esse contra Mirandulam a, eamque absque virtute haud contemnere contra florentinum illud monstrum b, & quoque ante lapsum in statu innocentiae politias futuras fuisse contra Hunnium c, eamque à Theologia & Philoſophia speculativa differre contra multos Anonymos affirmo d, politici verò vocantur ij, qui prudentiā politicam Reip. acquisiverunt, ejus naturam optimè perspicere habent & omnia ad salutem dirigunt e. Utrum soli Principes dicendi politici? problema sit f.

a) Quia in Reip. optima quo ad materiam necesse est cognoscere Urbis situm, ejusq; locus ut sit perpetuus, commodus, fertilis, spatiosus, aquis abundans salubris &c. quoad formam debet poena infligi malis; premijs tractari virtus, de his non Ethici, sed Politici tractant. E. politicam multa alia præter virtutem à Mirandula posita requiri verum est. b) A causa efficiente: quemadmodum enim omnia entia esse suum habent à Deo; Ita & politia & omnia imperia ab uni-

3.

co hoc fonte, patrit. de Reg 1. c. 11. *A causa materiali, politia est multitudo bene beateq; viventium sub uno eodemque Imperio cohabitantium. A forma. consistit enim politia in prudente administratione. A fine, qui pax, honor, & ipsa beatitudo civilis est. Ex quibus Machiavelli doctrinam non tam refutatione quam relegatione dignam apertissime constat. adde Cas. in pref. sua sphaera Civ. Dan. l. 1. p. c. c) probatur) quia politia per se & absolute bona est. 2. Deus enim in Paradiso matrimonium inter Adamum & Evam instituit, quod est primordium familiae & societatis civilis. 3. Angeli habent aliquam Reip. formam & superiores sibi prepositos. Ergo & inter homines quamvis in statu innocentiae mansissent locum habuisset. d) Probatur 1. a causa efficiente, qua proxima Evangelii est Deus, Spir. S. quamvis remota quoque politia, proxima vero politia sunt homines docti, prudentes & experti. 2. ab objecto, Evangelium curat vitam aeternam: politia honestatem publicam. Ergo politia cum Theologia & philosophia nullo modo confundenda; quia Philosophis practiciis clavum Reip. concedendum esse Serio urget Tholoff. l. 27. de Rep. c. 7. n. 16. Tilem. in pref. disc. pol. Alber, Gent. lib. 3. de legat. c. 9. Crug. in clav. Reip. disp. 1. 4. c) Dicuntur politici prout sunt instructi cognitione praeceptorum, politicorum. 2. prout bene administrandi habitum acquisiverunt. Carceres enim, quibus politia inclusa est sunt: ab altera parte, fides divinum, pietas & religio, ab altera fides iustitiae naturalis honestas. Non ergo temere iudicandum est de politicis.*

P A R S I.

SEU ΣΥΣΤΑΤΙΚΗ.

DISCURSUS II. DE SVBIECTO ET FINE POLITICES

T H E S I S I V.

Subjectum seu materia politicae est civitas *a*, cuius partes sunt familiae & familiarum societates *b*, quibus incognitis essentiam civitatis intelligere difficile est *c*. Causa societatis est Deus *d*, & natura *e*. Societas prima monstratur in Maris & foeminae conjunctione *f*, ex qua prolicatio, quae est origo Reip. oritur *g*, quae sine servitiis subsistere nequit *h*. Societates primas Mariti scilicet & uxoris, parentis & liberorum, Domini & servorum cum ambitu suo complectitur familia.

a) *Arist. l. 4. pol. 11. b) Arist. lib. 1. pol. 3. c) Arist. l. 1. pol. 1. Arnif. in polit. in pr. seu proem. de rat. ordinis. d) Legibus divinis homines ad κοινωνιαν venisse probat Schonb. l. 1. pol. c. 4. Besold class. 1. disp. 1. Th. 13. in pol. c. 1. Arnif. l. 1. c. 1. s. 1. Kecker. in praec. pol. can. 1. Hinc non fortuito homines conflat, uti Cicero tribuit Epicuro, eundemq; refellit, 1. & 2. de natur. Deor. Neque primi ignis aut caloris necessitate ut Vitruvius Horat. in lib. de arte poetica; Non beneficio*

4.

musices uti Diodor. Sicul. cum Herodot. & alijs, nec defensionis gratia, uti. Ovid. l. metam. existimant, quorum omnium opiniones refutat, Lambert. Dan. lib. 1. polit. Christ. c. 3. e) trahitur homo naturâ ad hanc vitam symbioticam amplectendam l. 3. ff. de j. & j. 2. in fin. ff. de ll. Arist. l. 1. pol. 2. ubi hominem appellat ζῷον πολιτικόν item l. 3. pol. 4. rationes plures vide apud Arnif. l. 1. pol. in pr. sect. 1. Timpl. l. 1. pol. 3. quæst. 5. Besold. class. 1. disp. 1. thes. 13. Althus. l. 1. pol. 1. in pr. f) Arist. lib. 1. pol. c. 2. Cic. lib. 1. offic. Aug. lib. 21. contr. Arnif. 1. pol. c. 1. s. 4. Arist. l. 2. de animant. 34. & 3. pol. 4. Faust. c. 5. Epict. in Enchir. Cic. 1. offic. paulo post. princ. h) Quia imperans & parens se naturaliter appetunt Cic. lib. 2. offic. Arist. lib. 1. pol. 5. i) Apud Gracos familia dicitur οἶκος vel οἰκία, & sic apud Demost. & Thucid. denotat universam seriem agnatorum. Interdum universam possessionem ut apud Xenoph. in Oecon. Arist. l. 1. pol. quo sensu Hes. jubet prius querere οἶκον, quam uxorem. Interdum pro certa aliqua stirpe ut apud Caj. l. 196. §. 1. de V. S. Hic pro pluribus personis, quæ sub unius potestate sive natura sive jure subjectæ, & sic usus sese extendit non tantum ad servos & reliquam possessionem, verum etiam ad filios l. 199. in pr. l. 195. §. servientiam d. l. 195. §. Iure. ff. de V. S.

T H E S I S V.

Familia est inter plures personas, quæ sunt sub unius potestate & vel naturâ, vel jure subjectæ a, quam tres constituunt personæ, utpote Paterf. Uxor, servus b, Nec paterfamilias c. multò minus liberi, seu res familiares pars familiæ dicuntur d. Officium mariti consistit in præstatione debiti naturalis e. ac victus. f.

- a) L. 195. §. familia Vlp. in eandem legem. Ab Arist. l. 1. pol. c. 1. text. 10. definitur in verbis. Est societas constituta secundum naturam, quotidiani usus gratia.
- b) Idque patet ex fine qui est procreatio sobolis & sustentatio ejus quod est generatum. Nec facit, quod pauciores quam tres Collegarum appellatione contineri dicunt l. unic. in fin. ff. de offic. Cons. l. 18. §. 1. ff. de manumis. vind. Vlp. l. 40. §. 3. ff. de V. S. & l. 1. §. 16. & 17. ff. de Vi & vi arm. aut quinq; Juris C. ad minimum personas in familiare requirunt, quos sequitur Bodin. 1. de Rep. in pr. R. Juris Consultos loqui de familia quæ designat collectionem trium ministrorum, ut exurgat numerus quinquenarius non verò ad quamvis familiam tres servos requiri patet ex l. 1. §. 17. in fin. de vi & vi arm.
- c) Quia causa efficiens non potest esse pars sui effecti; Atq; paterfam. est causa efficiens familia. Ergo, p. maj. Deus est causa efficiens mundi, non autem pars, &c. Ergò. Non movet quod sit Dux caput familia: sic Princeps est caput, non verò pars subditorum.
- d) Conatur aliqui hoc probare ex Arist. 1. pol. c. 3. & 1: Oecon. 2. Cas. in comm. c. 2. Oecon. Aegid. 2. de Regim. princ. c. 6. Montecat pol. text. 4. 9. 29. 30. forsan ex l. 195. §. 2. ff. de V. S. in qualibet familijs annumerantur. R. ut fines non ut partes, quia finis

§.

nequit esse pars causa, alioqui effectus & causa in idem coinciderent, quod primi
 princ. pij ratio non admittit. E. e) Parentes py eo animo & voto ducunt uxores,
 ut ex prole diuturnitatis sibi memoriam in ævum relinquunt, l. 220. §. 3. de
 V.S. paria enim sunt non habere maritum & habere inutilem Gl. in l. ult. C ad
 L. fab. de plag. f) l. 1. §. 4. de mun & hon. Maritus uxorem etiam defendere
 tenditur, non vice versa, §. 2. Inst. Injur. l. 2. ff. eod. Vxor honore mariti coruscat,
 l. 13. C. de dign. l. mulieres C. de incol. Hinc maritum nobilem nobilitare igno-
 bilem, & ignobilem uxorem nobilem facere ignobilem Vultej. 1. de j. R. 16. n. 15.
 Vxor manet in statu & dignitate mariti defuncti, quamdiu non mutarit domici-
 lium d. l. 13. c. de dign. Immunitates ad vitam marito concessæ ad viduas non
 transeunt l. Archiatros, C. de metatis & epidemiticis.

T H E S I S V I.

M Unus uxoris maximum est concipere ac conceptum tueri; marito ho-
 norem & obedientiam præstare; idem cum marito domicilium habere
 a, Non ergò cum portentis & horribilibus hæreticis, Essenis nempè, Montani-
 stis, Damianis, Albigenis, Novatianis, Priscillianistis, Gnosticis contem-
 tum conjugij facimus b; aut uxorem communionem contra Donotistas c, po-
 lygamiam contra Ochinum d, lupanaria contra Tholosanum in benè constitu-
 ta Rep. rejicimus e.

a) L. 2. §. 1. c. de indict. viduit. toll. l. 14. §. 1. ff. de edilit. edict. l. petr. 3. v. 23. 45.
 ad mores mariti sese accommodet 1. Corinth. 7. prov. 31. sine ejus consilio nihil
 agat Num. 30. v. 78. Eccl. 25. v. 30. & c. Est enim propter virum, Cor. 11. v. 9.
 pars mariti, Matt. 18. v. 5. ejus caro, Ephes. 5. v. 28. b) Qui diabolo conjugij
 institutionem blasphema voce adscripserunt. Jos lib. 2. c. 12. de bell. Jud. demen-
 tiam hanc Concil. Nicen. an 336. publico anathemate coercuit Ruff lib. 1. hist.
 c. 1. Conjugium commendat Concil. Trid. D. Chemnit part. 3. exam. rationi-
 bus SS. suffulsum, uti 1. Cor. 7. v. 14. & c. c) Absurdam opinionem volunt
 cum Platone probare ab impulsu nature. Objectiones plures vide apud Arnis. c.
 1. de fam. sect. 11. per tot. pugnat communitio cum ordinatione divina. Gen. 2.
 v. 24. sint duo in carne una. Reclamat confusio consanguinitatis & ipsa natu-
 ra, Lact. lib. 3. Instit. c. 21. d) Polygamiam excludit unanimes S. Patrum con-
 sensus in Matth. c. 8. 19. Item Marc. 10. v. 11. mechatur qui aliam ducit violen-
 te uxore, Cor. 7. v. 2. & 27. Nemo sub ditione Romani nominis duas uxores ha-
 bere potest. D. Imp. Dioclet. & Max in l. 1. c. de incest. nupt. Theod. Arcad. &
 honor. in l. 7. C. de Ind. & in l. 18. C. de leg. Jul. de Adult. l. 1. in fin. l. 13. §. 1. ff. de
 his. qui not. infam. Item Nov. Caroli V. sub poena capitis polygamia prohibetur,
 plura vide apud Hunn. in resol. suis l. 1. tract. 4. q. 2. Bezom. in tract. de polyga-
 mia. Non faciunt Exempla Abrahami Genes. 16. v. 5. neq; Salomonis 1. Reg.
 13. neque Davidis 2. Reg. 3. neque Persarum, Siculorum, Atheniensium, Tra-



cenſum, &c. Nec obſtat dictum Deut. c. 21. v. 25. nec 2. Sam. 12. v. 8. De Com-
modo Imperatore 300. habuiſſe uxores ſcribit, Lampert. in comment. Voldime-
rum Moſchorum Principem 500. ait ſigism. Bar. in hiſt. Moſch R. illos pro ra-
tione temporis vixiſſe. e) Tholoſſan. 14. de Rep. c. de Thom. 1: 2. q. 101. à 3. ad
2. q. 10. art. 11. & 22. admittunt lupanaria rationi moti hac; quia ad evitan-
dum majus ſcandulum minus eſt eligendum. R. Brocardicon hoc locum habere
in adiaphoris, non verò in expreſſe à legibus prohibitis; Atq; leges omnino con-
cubitum tollunt, l. un. C. de concub. & t. r. ff. eod. Lupanaria, pugnant cum lege
Dei Genes. 2. v. 24. Hebr. 13. v. 4. 1. Cor. 7. v. 2.

DISCURSVS III. DE DOMINO ET SERVO.
T H E S I S VII.

Servus eſt Bonum & instrumentum Domini ſui animatum, ratione præ-
ditum, aptum ad aliquid agendum, natura quidem in ejus poteſtate exiſtens,
ſed tamen ab eodem ſeparatum a. Servi ſunt natura b, Jure gentium captivi-
tate c, aut Jure civili d, venditione ſui ipſius e, ſententia f, & revocatione ob
ingratiſtudinem g. Utrique Dominis non tantum operarum præſtatione & re-
rum acquisitione adſtricti, ſed & vitæ neciſque arbitrio ſubjecti ante D. Anto-
ni conſtitutionem h, quod Jus ipſis Jure ademptum eſt i, Superſunt ſervi, qui
Germanicis nominatur homines proprii, Leibeigne; Polonis vocantur Kmeto-
nes; danis Borodons; Gallis Taillables des mains mortes; In Svevia propè
accedunt ad ingenuos.

a) Arist. 1. pol. 3. Plato. 3. de ll. b) D. Auguſtinus 19. de Civ. Dei cap. 7. Busbequ.
Epiſt. 3. Arnif. 1. pol. c. 3. c. ſect. 3. Genes. ſepulved. & Math. Camer. Timpl. in
Oecon. lib. 7. c. 4. q. 2. 1. Caſ. in Spha. civit. l. 1. c. 3. p. 26. c) l. 5. §. 1. ff. de ſtat. hom.
§. 4. inſt. de jure perſ. etiam dicuntur mancipia l. 4. §. 1. ff. eod. l. 239. §. 1. de V. S. d)
d. §. 4. inſt. de jur. perſ. Donel. l. 2. de jur. Civ. c. 1. Accurſ. & Hotom. hic. e) modo
& partem pretij verè acceperit, l. 1. quib. ad lib. procl. non licet, & venditio à li-
bero ſciente majore 20. annis, l. 2. ſi lib. ingr. eſſe dic. Trentl. Vol. 1. diſp. 1. theſ. 3. lit. b.
de jur. perſ. An verò parentes aut conſanguinei ita ſe ipſum vendentem poſſunt
vindicare aut officio Judicis repetere arg. l. 1. de R. V. communiter DD. negant per
l. 7. §. 2. de cap. dimin. f) Servi pœna vocantur, utpote qui ſuppeticas ferunt, arma
miniſtrant hoſtibus, pro hoſtibus habentur l. 28. C. de inoff. teſt. Liv. l. 38. Natu-
rale eſt quemvis obligari ad à vli d wga, hinc propter ingratiſtudinem, libertas ite-
rum revocatur ad ſervitutem, l. 30. ff. qui & à quib. manu. l. 2. 3. & 4. C. de libert. &
eorum lib. l. ult. C. de aper. lib. h) l. 1. §. 1. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. l. 53. in fine
ff. de legat. 1. & l. 91. ff. de V. O. Bod. de Rep. lib. c. 1. Germaniam verò ſervos ve-
ros nunquam habuiſſe teſtatur Corn. Tacit. in hiſt. de morib. Germ. Viitur pro-
inde ſervitute liberorum hominum, qui ſi Domino debitas operas recuſ. verbe-
ribus carceribus modicis, aut pœna pecuniaria affici poſſunt, Huſan. de uſura &

1.
hominibus proprijs, cap. 7. n. 1. & seqq. i) Quia talis servitus pugnat precepto di-
vino; non profundes sanguinem humanum: quod tum ad servum quam libe-
rum hominem pertinet, Senec. in Cap. 47. servi sunt; Imò humiles Amici sunt
& c. lib. de clement. c. 18. Hinc ad scelera vocati Dominis parere non tenetur, l. 11.
§. 7. ff. quod vi aut clam. & l. 20. ff. de obl. & action. Hadrianus servus & ancillas
Lenoni & Lanista vendi vetit, item castrari & Thibios fieri prohibuit l. 4. in
fin. & l. 5. ad L. Corn. Proinde introducta est lex petronia, qua omnis vis priva-
ta à tergis servorum amota usq; ad virgas & lora l. un. C. de emend. servo. k) Zas.
1. resp. sing. c. 3. Illi nec per omnia sunt servi, nec ingenui, quorum vestigia adhuc
in Suevia superesse videmus, in vulgari formula litterarum natiuitatis.

THESES VIII.

Servitus autem est constitutio Juris gentium, qua quis dominio alieno con-
tra naturam subicitur a, hæc non derogat Juri naturæ b, nec sacris litteris
contrariatur b, Sunt autem servitus & libertas res publicæ d; definitur à Jctis.
quod sit naturalis facultas ejus, cui facere libet, nisi quod vi aut Jure prohibe-
tur & c. Utrum mercatura f, usuræ sint medium licitum acquirendi rem fami-
liarem, hic quæri video? sed distinguens respondeo g.

a) L. 4. & 5. ff. de stat. hom. l. 4. & 5. ff. de fur. pers. §. inst. eod. Nec obstat l. 3. ff. de pe-
culio & l. 23. in fin. ff. de liber. causa, & l. 36. ff. de stip. serv. R. cum pacio cent. 1. q.
21. in princ. quod hi non sint proprie servi, sed ideo servi dicuntur, quod jura
libertatis non habent. Nec obstat l. 9. ff. de j. & j. & §. 5. inst. de jur. nat. gent. &
civit. ubi distinguo inter ipsam naturam, & inter privilegium natura; Item
inter populum alieno Imperio subjectum & non subjectum. b) quia si tol-
leretur tunc vel in parte vel in toto; non in toto; quia jura naturalia sunt im-
mutabilia, §. 11. inst. de i. N. G. & C. non in parte, sentiendum de parte uti de toto
Ergo. Item superius non potest derogari per inferius; Ius naturale est su-
perius per d. §. Ergo. Non movet definitio servitutis; Educatio liberorum con-
sentit cum Jure natural. l. §. 3. ff. de j. & j. & l. 5. ff. de cognosc. & alend. l. Nihil-
ominus tamen licitum est patri de genere abdicare, l. ubi C. de alend. lib. c) Con-
sentit D. Apost. 1. Cor. 7. ubi ait. Servi ne captent illicitam libertatem, si qua ta-
men offeratur, non detrectent. præterea 1. Tim. 6. Item inculcat ad Ephes. 6. &
petr. 2. Epist. 2. Genes. 9. 25. & 26. d) Ideo merito de ijs in politicis agimus l. 53. in
pr. ff. de fideic. lib. e) §. 1. inst. de jur. pers. l. lib. ff. de stat. hom. hinc non potest vis
injusta libertatem tollere nisi de facto, l. qui à labr. qui test. fac. poss. Socin. 9. Me-
taph. q. 9. duplicem facit libertatem: unam coactionis, quam absolute & primò
Deo tribuit, hominibus verò secundū quid; Contradictiones libertas est voluntas
seu naturalis facultas, qua tendit ad utrumq; oppositum, & potest agere vel non a-
geret Arist. 8. phys. text. 8. & 9. met. text. 10. Socin. 9. metaph. q. 9. Svar. disp. met.

La

Et hæc juxta definitionem; Est facultas vivendi, prout quis maximè velit.
 f) Distingvendum est inter usum & abusum mercatura; Inter vitia hominis
 & veram mercaturam requisita; inter lucrum honestum, & lucrum contra Dei
 naturam & rectæ rationis præscriptum exercitium, ut habet Cap. qualitas de pœni-
 tent. dist. 5. c. ejici. c. ejiciens, 88. d. fuerunt enim & Imperatoribus Romanis &
 Regibus Israël mercatores proprii, ut liquet ex lib. 2. paral. c. 1. v. 16. ibi adu-
 cebantur Salomoni equi de Ægypto, de Coa à negotiatoribus Regis, qui ibant &
 emebant. Contraria argumenta vide apud D. August. lib. de Civitat. Dei.
 Eccles. 28. v. 17. & c. 27. g) Disputant graviter Theologi & politici; illira-
 tionibus S. S. innixæ usuras simpliciter vituperant, utpote Lev. 25. v. 37. Exod.
 22. v. 28. Deut. 23. v. 19. Ezech. 18. v. 8. & cap. 22. v. 2. & c. Hi argumentan-
 tur à lure naturæ, quod non vult, ut quis ex aliorum incommodis sua querat com-
 moda, l. 67. §. & l. 55. ff. pro socio; Atque pecunia mutuata fit statim accipientis
 incendium, C. si cert. per & instit. quib. mod. res contr. E. R. Officium boni pa-
 tris. est ita bene facere alijs, ne sibi suisq; sit angustia, alijs verò relaxatio, 2. Cor.
 8. v. 13. l. 7. ff. quemadm. test. aper. Lex enim naturæ usuram compensatoriam
 sanxit, Matth. 7. v. 12. l. 7. §. 3. ff. de administ. tut. l. 3. §. que sit ff. de usuris, & l.
 presides ff. si cert. pet. & l. eos C. de usur. uti punituriam, l. 44. l. 17. §. si pupillo,
 ff. de usur. quas Deus ipse concessit, Deut. 23. v. 2.

DISCVRSVS IV. DE PATRE ET LIBERIS.
 T H E S I S I X.

PAtria potestas constituitur matrimonio a, legitimatione b, adoptione c;
 Rectè adoptant qui non naturâ vel lege prohibentur: natura prohiben-
 tur ob vitium Animi ut furiosi, d, castrati e, & minores 18. annis: lege prohi-
 bentur minores sexaginta annis f, fœminæ, nisi ex indulgentia Principis ad so-
 latium liberorum amissorum g, hæcque patribus Romanis, dominis familiæ,
 Corv. lib. 1. cap. 8. de pes. propriè competit h, non verò matribus i.

a) Plp. in l. 3. ff. de his qui sui vel ali. jur. in pr, Inst: h. t. b) §. 13. instit. de nupt. &
 Nov. 89. c) l. 1. & l. 4. ff. de adopt. in pr. inst. eod. l. 3. de offic. procons. Hinc sta-
 tuta opificum, tribuum, tabernariorum legitimatos ab artificijs & collegijs arce-
 re nequeunt; quia publicum privatorum pactioibus mutari non potest, l. 38. ff. de
 pactis. & subsequens matrimonium omne vitium tollit & legitimis per omnia
 parificat, Nov. 74. & Nov. 99. cap. 8. C. tanta est vis. d) l. 40. ff. de Reg. jur.
 l. 2. ff. de adopt. e) §. 9. instit. l. 2. §. 1. ff. Corv. l. 1. cap. 23. de adopt. prohiben-
 tur minores natu majores, l. & adoptio ff. §. 4. inst. liberos naturales & legitimos
 habentes l. 17. §. fin. ff. l. cum eum C. eod. f) l. 1. ff. solut. matrim. l. 15. §. 2. ff. &
 l. penult. ff. de adopt. g) l. 21. ff. eod. §. 10. instit. eod. Adoptio haud dissimilis
 est recepta hodiè passim in Germania conjunctio & unioprolis, vulgò die Ein-
 lindschafft. vide Gail. 2. obs. 128. h) Pro jure naturali seu gentium non tam

Poli-

9.

Politici quam Icti magna auctoritatis stant à definitione scilicet; Id est Ius gen-
 rium quod apud omnes recipitur, vel naturalis ratio constituit, l. 1. §. ult. de j. & j.
 l. 9. in fin. ff. eod. & §. 1. instit. de l. N. G. & Civ. Atq; omnes gentes unanimi con-
 sensu, id receperunt. Ergò. R. cum Vacone à Vacuna, l. 1. decl. 8 & Vultej. ad §. 1.
 n. 4. inst. de P. P. Distinguendo inter communem & propriam & inter patriam
 potestatem per se & generaliter consideratam, & inter jus vel effectus eidem par-
 ticulariter superadditos; Item inter originem & formam ratione cause efficien-
 tis interna & impulsiva. Nostram itaq; sententiam veriore esse patet ab effe-
 ctibus l. 4. ff. de Ind. l. 11. ff. de lib. & posth. l. nihil tam naturale ff. de R. I. t. t. instit.
 quib. mod. p. p. tollitur. Caj. in l. 3. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. l. 15. ff. de in-
 terdic. & releg. & arg. l. 5. & 7. ff. de cap. diminut. §. 3. instit. eod. perez. lib. 1. instit.
 tit. 9. q. 2. de p. p. i) §. 3. instit. de her. qual. & §. sui autem, instit. de hered. qua ab in-
 test. defert. & l. 1. ff. de suis & legit. hered. Schneid. ad §. 8 quib. mod. p. p. solv. §. fœ-
 mina inst. de adopt. Pro affirmativa opinione non desunt exempla, cum scilicet
 Ismael consilio & voluntate matris suæ uxorem duxit, Gen. 21. Ind. 14 Prov. 1. v.
 8. Imp. Severi D. Antonini in l. 1. C. de nupt. Imp. in l. 20. C. eod. & pr. instit. eod.
 Ad qua in ipso actu respondebimus.

T H E S I S X.

Effectus p. p. respectu patris a: & respectu liberorum multi sunt b; habebat
 quidem Pater in liberos olim ex ea vitæ & necis Jus c, quod ipsis à DD. Imp.
 interdictum est d, & Jure e, salva tamen patri relicta castigatione f.

a) Ne disputatio mea in longius exuberet mare, expressos effectus respectu patris
 hodiè receptos vide in l. 1. & 2. & l. cum oportet C. de bon. matr. l. 4. ff. de Indic. §.
 6. instit. de inut. stipul. pr. inst. de nupt. l. 2. ff. eod. l. 22. C. eod. l. 15. ff. de donat. mort.
 causa l. fin. & l. pen. C. qui test. fac. poss. §. 2. inst. de pupil. substit. §. perm. sum in-
 stit. de Tutelis. Et si qui sunt alij vide apud Accursium, Alcanium, Clementi-
 num. b) Parentes liberis ad victum tenent adeo, ut si spontè sua id facere negle-
 xerunt, per Magistratum ad hoc cogi possunt, l. 5. ff. de agnosc. lib. l. 3. & 4. de
 alend. lib. l. nec filium C. de p. p. Senec. 6. benef. c. 23. Necare enim videtur qui
 alimenta denegat, l. necare ff. de agnos. lib. Et mater vulgò quæ sitos alere compelli-
 tur, l. 5. §. 4. ff. de agnosc. lib. Donec sibi ipsi quocunq; modo prospicere possint, Cov.
 part. 2. de matr. c. ult. §. 6. n. 5. & 13. Borch. l. 2. cons. 13. q. 4. nemo nisi semel l. 58.
 & l. quibus in pr. A. de V. O. Item tenetur pater πρὸς τὴν παιδείαν lib. 8. Eth.
 12. cap. 3. ad peregrinationem addiscendorum morum excultiorum Bes. part. 2.
 disp. 2. t. 22. 23. & 24. Porro pater dotem dare compellitur l. quoniam C. de inoff.
 test. l. fin. C. de dote promiss. l. 5. C. ad S. C. maced. Puella enim viripotens custo-
 dire ab Amatorum technis difficillimum esse ait Alciat. Embl. 22. plures effectus
 vide in l. si senator c. de dignit. c) l. fin. C. de p. p. l. 11. in fin. ff. de lib. posth. l. 1. ff. ad

B

L. Pomp.



L. Fomp. parricid. Bod. 1. de Rep. 4. d) Quod e moribus nostris recessit, Vult ej. inst. de p. p. ad pr. n. 11. in fin. l. 3. C. de p. p. t. t. C. de patr. qui filios distr. Nov. 105. l. un. C. de emend. propinq. e) Papin. t. 8 §. 7. in pr. Arist. 8. Eth. c. 12. ¶ Cuius paulus cons. 294. l. penult. C. de bonis libert. &c. Non movet refugium Bodini, quod querit ex amore paterno, qui tantus, ut se crudelius in filium extendere nequeat. Sed extant exempla in Tullio Manlio in Bruto Liv. 2. & forsan proh dolor hodierno die. f) filium posse patrem in carcerare propria auctoritate tenet Schneid. Instit. ad tit. de p. p. n. 27. Cyn. in l. un. C. de privat. carcer. Bart. in l. ex facto in fin ff. de hered. inst. pro delicti qualitate potest eum iudicio offerre, l. 3. C. de Imp. constit. Constantini Imp. l. un. C. de his qui parentes vel filios occiderunt.

THE S I S X I.

Filij per subsequens matrimonium legitimati non succedunt in feudo a, neque per rescriptum Principis, etsi non modò Jus civitatis, sed etiam agnationis acquirant, legitimati de Jure feudorum regulariter non succedunt b; Nec ignobilis à nobili adoptatus per adoptionem consequitur nobilitatem c. Utrū verò publica dignitas in perpetuum Jus patrum extinguat; An verò eo tantum articulo, quo filius in munere publico occupatur? d. videbimus.

a) Negativam sententiam nobiscum tuentur Vultej. lib. 1. F. c. 9. n. 92. Hottom. ad §. naturales, lib. F. Rittersh. in part. feud. c. 13. lib. 1. Hunn. tr. feud. c. 10. p. 208. affirmat, Schenck. in §. naturales lib. 2. feud. t. 26 Borch. c. 7. n. 19. Duar. de consuet. c. 11. n. 7. b) Gail. lib. 2. obs. 142. Schneid. de feud. pact. pr. 6. memb. 2. c. 2. n. 9. Zas. de feud. part. 8. n. 74. Wesenb. c. 6. F. n. 11. Scurpf. cent. 1. curs. 1. n. ult. myns. cent. 5. obs. 42. n. 5. Val. forst. in tr. success. ab intest. lib. 6. cap. 89. ubi complures alios allegat. c) Quia nobilem facit aut virtus ut l. 7. C. de postul. &c. aut natura seu Jus sanguinis l. 3. C. de mercatoribus. d) Disputatam hanc invenimus apud Gellium lib. 2. c. 7. controversiam inter Philosophum Taurum & praesidem Crete, qui una cum patre suo Athenas visendi causa ad Taurum venerat, Taurum patrem sedendo filio praetulit. Contra dixit praeses sedeat potius hic, qui P. R. Magistratus est: absq; praesidio inquit Taurus, tu interea sede, ut introspicimus, cui sedere conveniat. Determinavit ergò Taurus, quod in publicis locis Magistratus preferatur non obstante ratione juris domestici. In privatis verò Jus domesticum observetur. Quam sententiam approbatam suscipimus, quia tali casu pater non cedit filio, sed Reip. Hodie dissolvitur P. P. Consulatu praefectura Episcopatu, aut Magisterio militum ab Imp. consecuto, l. ult. C. Decurion. Nov. 81. in pr. Item Doctoratus dignitate, Nov. 11. c. 1. Expositione liberorum t. t. C. de infant. exposit. Item denegatione alimentorum l. 2. C. de t. Immodica Sevitia l. ult. ff. si quis à patr. manumiss. Monachismo, Can. non dicatis 12. q. 1. Nov. 5 qui in mundo mortui dicuntur C. placuit, c. sunt nonnulli 16. q. 1. Item si filia

II.
filia à patre corporis quaestui traditur, l. 12. & l. 14. C. de Episcop. audient. eman-
cipatione § 8. & 6. inst. quib. mod. l. p. p. solv. Ultimo praescriptione.

DISCVRSVS V. DE VRBE CIVITATE ET REP.
T H E S I S. XII.

URbs est multitudo vicorum communibus munimentis & securitate mu-
nitorum & ornamentis publicis & privilegiis exornamentorum a, circa
partes urbis considerandæ veniunt tam publicæ res quàm privatæ; dicitur urbs
metropolis & cõmuniter urbs b, ast non rarò civitatis & urbis appellatio, con-
fundi solet c. Utrû urbes muris, vallis & fossibus cingere & Regiones arcibus &
propugnaculis munire conducit, quæritur? Idque affirmo d.

a) *Urbs dicitur vel à causa instrumentali scilicet ab urbo vel urvo i. e. curvatura
aratri, Antiqui enim urbium, ambitus aratri sulco definiebant, Tholoss. lib. 7. c. 1.
n. 3. Vel à causa formali nempe ab orbe, nam urbes antiquitus omnes in orbem
fiebant, Tholoss. d. l. b) utpote platea, quarum numerus haud certus, at prolati-
tudine & magnitudine constituntur sufficientes, Dan. 4. pol. 3. edificia; que
sunt vel principalia vel secundaria. Principalia sunt vel informatoria vel ha-
bitatoria, vel Iudicialia, vel defensoria, vel phylacteria. Ad informatoria spe-
ctant Basilica, ut sunt collegia cathedralia, templa curia senatus & commercia-
les nosocomia, diversoria & c. Ad Iudicialia referuntur arces, castella tur-
res, catharacta, propugnacula, mania, fosse, ac munimenta portarum, phylacte-
ria dicimus, in quibus aliquid asservatur, ut archivum, ararium, bibliotheca,
armamentaria, granaria, & omnis generis promptuaria, quo etiam refertur
exoricomathium, Russ. Sammer, quale habet Elector Saxonie, & Bavaria
Monachij. Secundaria; ut pergula, theatra, balnea, nymphae, item structure
lusuipilarum & aliis exercitiis corporis distincta. c) L. 6. §. 2. ff. de excusat. Me-
tropolis est quasi mater aliarum urbium, Tholoss. lib. 2. c. 1. n. 9. seu rectius dici-
tur illa metropolis que est propugnaculis firmissima & abundantissima, Dan. 4.
polit. Tholoss. d. l. d) Bodin. l. 1. c. 6. n. 49. Oldrad. confess. 176. Accurs. in l. ult.
ff. de presc. long. temp. Civitas propriè dicta est urbis contentum seu civium uni-
tas, Tholoss. lib. 1. de Rep. cap. 3. in pr. urbs muris & menibus finitur, paul. in l. 2. ff.
de V. S. e) Consurgit contra muros varijs instructus telis Machiav. lib. 2. disp.
c. 24. Bod. lib. 5. c. 5. eosq; exemplo Tartarorum & Ethiopum invertere labo-
rant presertim Negi maximi, cui Regna testante Fovio, 50. obediunt, in quibus
unam arcem in Angâ monte excelsissimo exstructam habet, de his plura vide apud
Bodin. & Machiav. d. l. Verum sententiam nostram sycophantarum verioreni
esse probant muri Babylonis, qui in ambitu suo 385. Stadia habuerunt, Cel. lib. 8.*



c. 12. *Emil. Imp. in orat. ad milit. apud Liv. l. 35. Tholos. l. 2. de Rep. c. 1. De le-
rich. vide Jos. de Hetrusca Plutarch. de Camil. De Carthagine Diod. sicul. l. 20
quibus addo, quod ipsa natura munitiones docere videtur, in quibus quiete vi-
vat, Veget. l. 3. de re milit. c. 1. Tela Bodini quod attinet, distinguendum est. in-
ter essentiam & securitatem civitatis; inter usum & abusum propugnaculorum;
Inter civitates liberae & municipia Principum; Hisce positis secure telis Bodini
occurritur.*

THESIS XIII.

Civitas definitur: quod sit multitudo eorum, qui Judiciorum participes
& vitæ usibus necessariis instructi *a*, cujus magnitudinem ex numero E-
piscoporum, ut olim, non demetitur *b* Acquiritur autem civitas nativitate
c, cooptatione *d*; Hinc immeritò quidam peregrinos indifferenter *e*, spurios
f, Judæos excludere laborant *g*, quos tamen sub distinctione recipimus *h*:

a) *Arist. lib 3. pol. c. 3. pol. 6. 1. pol. 2. b) in c. constitutus 2. detest. c. societate, 6. in pr.
9. 3. quam sententiam annihilat gloss. in c. si civitas, de sentent. excomm. in sext.
sed ex magnitudine & populositate, Tholoss. lib. 2. c. n. 6. c) Ulp. in l. 1. ff. ad mu-
nicip. in l. 7. de incol. l. 1. §. 2. ad municip. l. 4. C. de municip. Hodiè secus, si quis
domicilium transferat civis esse desinit, Gail. 2. obs. 36. num. 7. & seqq. & pro loci
consuetudine cum pensatione, Nachsteuer/ Gail. 2. obs. 36. n. 9. d) l. 7. c. de incol.
Göthofr. ad l. 1. ff. ad municip. e) Arcent peregrinos alij propter morum status-
que ignorantiam Tholoss. lib. 4. c. Alij proditoris periculum, Herodot. lib. 3. Sic
Xerxes Demoratum magno cum damno secum habuit consiliorum suorum pro-
clamatores, Just. lib. 2. exempla vide plura 1. Maccab. 11. v. 16. & 17. Cic. 2. off.
& 4. ad Herenn. Arist. 5. pol. 3. Xenoph. de Rep. Spart. & passim. Verum argumen-
ta firmiora stant pro nostra sententia ut restatur florent. in l. 3. f. de j. & j. plut. in
Lyc. Bod l. 3. c. 7. n. 329 330. plut. in Num. Halicarnas. l. 2. ab exemplo: Alexand.
Alexandriam florentissimam reddidit, Joseph. lib. 3. de bell. Indaico. peregrinis
Atheniensium schola floruit, Tholoss. l. 4. c. 4. n. 17. Arist. enim fuit ex Stagyra:
Theophrastus ex Eresco: Ex Lamsaco Strato &c. Hinc distinguendum est
cum Cic. philipp. inter temeritatem & discretionem. f) qui spurios à Civitate
rejiciunt forsitan sunt moti exemplo Romanorum, Atheniensium, Sacra Scriptu-
ra, qua spurios indignos civitate judicat, Cas. in spher. civ. lib. 4. c. 6. p. 273. qui
etiam plerumq; sunt opprobrio Tholoss. lib. 7. c. 8. num. 13. & exosi, chassan. p. 11.
conf. 15. Contrarium prabatur per l. 6. in pr. ff. de decur. §. sufficit, instit. de in-
gen. l. 26. Nos distinguimus inter spurios virtute & eruditione claros, & illos
sordibus & vitijs parentum insistentes. g) Ius habendi Judæos olim erat reser-
vatum Imperatoris; Postea quoq; Electoribus secundum aur. Bul. cap. 9. tra-
ctu temporis Archiducibus Austria concessum, Goldast. in tr. suo, de statuto &
rescript. Imp. sub rubr. Fridericorum 1. & 2. Tandem quibuslibet Imperij mem-
bris*

bris id privilegium indultum est, reformatim quater Politeen in Augspurgi
 an. 1530. sub tit. von Juden vnd Politeen Ordnung! Item de an. 1548. eod.
 t. & an. 1577. tit. 20. Sixtin. de Regalib. lib. 1. c. 5. n. 9. Tollerantur jure Cano-
 nico c. 9. vers. nullus extr. de jud. & Saracen. item jure civili. l. 14. C. de Ind. &
 Cœlicol. Non positivo Romano, Rol. à Valle. cons. 35. n. 13. & 14. volum. 3. Sed
 secundum Ius gentium, Foet. in C. Indai ext. de Ind. Et Saracenis panorm. n. 3.
 ex de convers. in fid. Roland. à Valle cons. 35. n. 72. & seqq. Synagogas liberè exer-
 cent. l. 3. C. de Ind. & cœlicol. ord. Cam. part. 1. t. 86. De novo fabricare prohibe-
 tur l. ult. §. 1. C. de Ind. & cœlicol. Ad nullum munus publicum & dignitatem
 admittuntur l. fin. C. eod. proinde ipsorum collegio legari profus est inhibendum l. 1.
 C. de Ind. & cœlicol. Sunt enim homines prorsus infames & dignitatem in-
 capaces, l. fin. C. eod. Deniq; de populo corporis spiritualis Iudai non sunt, at civi-
 tatis sunt, non jure, sed ex gratia, ut videlicet sint servi Christianorum.

T H E S I S X V I.

Cognita civitate civis in cognitionem venit, qui nullo habito respectu ad
 Remp definitur: quod sit socius multitudinis, qui particeps est suffra-
 giorum, & Juris de Rep. statuendi a, cohabitationem verò Civium non esse de
 essentia civitatis b, nec illi pro privato religionis exercitio in civitate inconsul-
 to Magistratu collegium inire licere c; similiter Cives Augustanæ confessio-
 nis in civitatibus Imperialibus haud majorem potestatem in puncto religionis
 quàm ceterorum statuum subditos habere d, denique unum duarum civitatum
 simul civem esse posse e statuimus.

a) Arist. 3 pol. 1. & 2. Distinguitur proinde civitas à Rep. ut materia & forma,
 quorum definit Arist. quod sit ordo consistens in regimine summae potestatis &
 Magistratus. Arist. 3: pol. 4. b) l. 17. ff. de stat. hom. Nov. 78. c. 1. Sic omnes Hel-
 vet. pagi Rheno Rhodano & monti jure inclusi unam constituunt civitatem Cas.
 l. 1. de bel. Gall. c) 3. ff. de coll. & corpor. possent enim ex privatis conventiculis
 facile turbationes nasci, qua legibus & SCiis & principalibus constitutionibus
 coerceri deb. per l. 1. ff. quod cujuscunq; univers. nom. Ergò. Non enim con-
 ventiones religionis causa contra SCtum & aliquot Recessus Imperij ut de an. 1530.
 1555. sunt qui conventionem talem admittunt. d) Disputarunt hanc thesin qui-
 dem Cives Colonenses contra senatum argumentis variis futilibus, præcipue §
 Nach dem aber in vielen Frey vnd Reichsstätten! & c. de constit. relig. de-
 anno 1555. instructi, conjunxerunt declarationem Divi Ferdinandi Ro-
 mani Regis super promulganda religionis constitutione Anno 1530.
 Augusti factam. Responderunt Camerales hanc non esse recessibus Impe-
 rij insertam nec authenticatam, proindeq; eorum sententiam non iniecerunt. e)

Intellige non de cive completo & perfecto, qui secundum corpus bona & forum civitati uni obligatur, quemadmodum provinciales praesides, l. 190. A. de V. S. sed Cive honorario & incola qui multis absque controversia Rebusp. adscribi potest, l. 5. l. 25. §. 2. & l. 31. ff. ad municip. Nec incola proprie fit civis l. 1. ff. eod. sed domicilium tantum acquirit, l. 7. C. de incol. Domicilium quo modo inducat videl. 20. l. 17. §. 3. l. 27. ff. eod. Sic confederati plurium civitatum cives esse possunt, quale pactum est hodie inter Genevates & Bernates, nec non inter Vallesios & quinque Cantores Helvetiorum, quorum civitatum Cives utrobique, fus civitatis habent, simul de Rep. Helv.

THESIS XV.

Subditus proprie dicitur ille, qui in alicuius territorio domicilium constituit; sunt autem diversi Reip. Rom. ordines, alius est ordo nobilium generalis, alius specialis *a*. Distinguimus hic inter Vasallum & subditum *b*, hunc ex collectarum solutione recte iudicas *c*. Sunt autem collectae aliae Imperiales, aliae provinciales, à his plurimi exempti sunt *d*, illae ad omnes Imperij status & immediatè Imperii subjectos spectant *e*. Subditus pro bonis extra territorium Magistratus sui sitis collectas exsolvere *f*, nec Magistratui iniqua praecipiente obedire *g*, non tenetur. Utrum verò territorii dominus pro solo transitu recte pedagium exigat? *h*. problema sit

a) Specialem tenent nobiles in specie sic dicti; Ad hanc classem referimus litteratos; sequuntur milites. Quibus annectuntur qui ex annuis redditibus, & ex mercimonijs victitant. Ordinem artificum & crassiorum, agricolarum, pastorum, aurigarum, Histriorum, Tibicinum passim invenies apud politicos, Schonb. l. 30. §. 34. Althus. c. 1. polit. Tholosi. l. 4. de Rep. Hen. disp. 2. pol. *b*) Communis hac DD. sententia est. Nec obstat par litterarum stylus, R. causa hac est, quia uterque furamentum fidelitatis praestitit at diverso respectu. Nec facit quod Vasallus aequè forum sortiatur, duo enim sunt forum sortiri & subditum esse *c*) Gail. de arrestis Imp. c. 7. per tot. Idem d. l. cons. Marp. 36. n. 25. & seqq. Bruning. de varijs univers. speciebus. thes 36. *d*) 1. forensis l. 6. §. fin. ubi Bart. & l. munerum, §. patrimonium ff. de mar. Burs. 2. cons. 16. 31. innumerus congeffit. 2. clerici, arg. l. placet C. de Episc & cler. 3. graduati l. medicos, ubi Barthol. & DD. C. de profess. quamvis non actu legant, Myns. resp. 1. n. 37. 4. habentes 2. liberos l. 24. C. de Decur. 5. pauperes R. A. de an. 1582. §. vnd nach dem in fin. dann da nichts ist hat der Keyser sein Recht verlohren. Plures vide apud Glockens de contrib. Wintzer de collect. pist. cons. 4. in pr. n. 5. & seq. v. 1. *e*) R. A. de an. 1391. in pr. an. 1500. an. 1542. an. 1544. an. 1562. 1482. an. 1594. an. 1598. & 1603. nach dem. Derogatur autem omnibus conventionibus & exemptionibus in contrariis facientibus, Schonb. lib. 4. c. 24. Pist. cons. 4. in pr. n. 6. & seqq. *f*) Quia extra terri-

territorium jurisdictionem suam exercendi ius nemini concessum est, l. fin. de In-
 risdict. omn. Iud. & cap. fin. extr. de constit. Nam limitata causa semper produ-
 cit limitatum effectum l. arg. C. de transact. l. 2. ff. de adopt. Item Ernest. Cath-
 man. Resp. Iur. vol. 1. Resp. 11. per tot. De Imperialibus verò collectis contrarium
 verius est, Guil. l. 2. obs. 53. per tot. g) Non obstat R. A. de an. 1541. in Spener/
 §. wurde sich aber jemand/ nec R. A. de an. 1525. §. vud ist derohalben/ nec R. A.
 de an. 1526. neq. facit R. A. de an. 1594. §. so soll au h zum fünfften/ Gail obs.
 n. 6. R. Hos Recefus Imperij excludere omnes contra Dei & natura legis prace-
 ptiones h) Ad problema in ipso conflictu respondebimus.

P A R S II.

SEU ΔΙΟΙΚΗΤΙΚΗ POLITICES.

Resp. cùm constet ex imperantibus & obedientibus, de quibus
 dictum, ad illos itaque transitum instituimus.

DISCURSUS VI. DE MAGISTRATU IMPERIO ET IMPERATORE. T H E S I S XVI.

Magistratus concretè sumtus definitur: quod sit persona publica legiti-
 mè imperandi & vetandi potestate instructa ad regendam & admini-
 strandam Remp. a, qualitates ejus sunt multæ b, ex quibus Magistratum politi-
 cum omne laude dignissimum, Deoque acceptissimum c, Virum pium & verè
 Christianum bona conscientia Magistratus officium genere posse rationaliter
 concludimus d.

a) *Hanc disp. pol. 3. th. 2. Magistratum politici varijs nominibus insigniunt; 1. Dy:
 Psal. 82. v. 1. 2. Caesares, Matth. 22. v. 21. 3. Reges Luc. 22. v. 25. 4. appellan-
 tur ἐξουσία, potestates ὑπερέχουσαι, potestates supereminentes. 6. Principes,
 Rom. 13. v. 3. 7. benefici, Luc. 22. v. 25. 8. Dominatores Luc. 22. v. 17. b) De
 quibus vide Schon. lib. 2. polit. c. 23. 25. & 36. Cic. profesto, plin. in paneg. Senec.
 1. de clem. c. 3. ubi dicit: qui vult amari, languida regnet manu. D. August. 4.
 de Civ. Dei. Arist. 5. Eth. 4. Cas. 3. polit. 11. Schonb. 4. Cas. 3. polit. 7. c) Osiandr.
 in Enchirid. Anabaptist. q. 1. Diithm. lib. 3. polit. sect. 3. Item probatur ex V. T.
 Gen. 9. Dent. 16. 2. Reg. 6. Dan. 2. v. 21. Ex N. T. Rom. 13. v. 1. Exod. 22.
 v. 28. Joan. 19. v. 11. Clamant. ἀτακτοὶ homines opponendo dict. Gen. 10. R. Anar-
 chos committere fallaciam equivocationis; Alij enim in bonam, Alij in malam
 partem interpretantur; Item Sam. 8. R. Ideò Israelitae esse reprehenses quod
 non erant contenti Magistratu à Deo dato, & aliam formam regiminis petie-
 runt*

rint. d) Reclamant iidem Anarchi homines teterrimi à D. Aug. refutati, ob-
 ciendo Matth. 20. R. filios Zebedeos præcisè fuisse electos ad ecclesiasticum munus
 ob eundem. Item Matth. 10. Salvatorem nostrum ibi mundi fures prædixisse, &
 non de Magistratu politico sermocinasse. Verùm sententia nostra probatur
 ex V. T. toto iudicum choro, Proph. Samuel. qui simul Sacerdos fuit, Josaphat.
 Rege David. Assa, Hiskia, Melchisedeck, Ioa, Iosia, &c. Ex N. T. Nicodem.
 uno ex principibus Phariseorum, Ioh. 3. Ioseph. ab Arimathia, &c. quos amicos
 Dei fuisse certum est. Ergò.

T H E S I S X V I I.

A regimine arcemus spurios a, legitimos b; foeminas pro loci consuetu-
 dine; Sacerdotes & Episcopos Jure ad Magistratus politici gestionē ad-
 mittimus d, cujus constitutio deficiente consilio & necessitate urgente quoque
 sorti committi potest e. Magistratus fit aut electione, aut successione, in qua
 consuetudinem præferens primogenitos rationabilem existimamus f. Utrum
 verò electioni successio præferenda sit, acies ab utraque parte parata, hinc no-
 stra vexilla nulli adjungemus, sed quæstionem problematicè defendemus g.

a) Tholos. 2. de Rep. c. 8. Ord. Cam. p. 1. t. 3. §. de gleichen sollen &c. Arist. 3. pol. c. 3.
 Azon in sum. C. ex quib. caus. infam. irrog. n. 4. Tirag. de Nob. c. 15. l. 42. de V. S.
 plura qui videre auct. legat. Arnif. l. 2. sect. 3. Non obstat l. 26. ff. de pœn. R. hos
 non puniri, quia ad istam dignitatem incapaces censentur. b) Vultej. lib. 1. F.
 c. 9. n. 21. Zas. de F. part. 8. n. 74. Gail. l. 2. obs. 142. Wesenb. c. 6 F. n. 11. Rittersh.
 part. F lib. 1. c. 13. Adynsing. &c. c) Pro Gynæcocratiâ pugnant inter politicos
 Lips. 2. doct. civ. c. 3. Agrippa de sex. foem. nobil. & præstant. Cas. in sph. civ. l.
 1. c. 3. Boc. class. 5. disp. 8. &c. Item exempla Debora, Jud. 4. Arabia, 1. Reg. 10.
 Amazonum, Crantz. lib. 1. cap. 7. Olim Imperatores vxoribus diadema impo-
 nere solebant, Goldast. in den Politischen Reichs. Handlungen. p. 4. tit. 1. &
 Imp. noster Iust. Theodora conjugii sua fasces communicavit, ut ex Nov. qui-
 busd. apparet. Verùm imperij fasces foeminis non competere evincit l. 12. ff. de
 Ind. l. 2. ff. de Reg. Iur. l. ult. C. de suis & legit. Bald. in l. quoties C. eod. Borch. de
 de feud. C. 1. n. 19. Roland. à Valle conf. 41. n. 11. vol. 4. Galen. in exhort. ad art.
 Don. Hinc in Thesi distinguimus. Sic apud Egyptios foemina cauponantur,
 viri in domo texunt. d) Ita sentit Ulp. in l. 13 ff. de Ind. Idem stabiliri potest l.
 2. C. quand. & quib. quart pars, l. 47. C. de Episc. Cleric. Schon. d. l. Livio lib. 2. de
 sortitione, Svetoc. 8. Varr. lib. 5. de ling. latin. Testantur id sacralittera Act. 1. v.
 26. Num. 16. 26. & 33. v. 54. & alijs. e) Episcopos accepisse potestatem gladij à
 Ludovico pio Imperatore refert Helmod. l. 1. c. 4. Constat. item ex August. con-
 fess. art. 7. de potest. ecclesie. f) Censent hac consuetudinem rationabilem Legi-
 sta in Comment. prælectionib. in consilijs, respons. observationib. & decisionibus:
 sen-

sentiant idem Canonista omnes & confirmant suo calculo feudista Coth. resp. Jur. 1. vol. 3. Mol. apud Alex. cons. 25. Gail. 2. obs. 153. n. 1. & 3. Item S. S. Deut. 21. vers. 15. Genes. 25. v. 5. Hebr. 12. 16. Item Jus natura & gentium, Tiraq. tr. de Jur. primog. in pref. Caj. lib. 1. tit. 9. de feud. qui Livium Justinum & Ottonem Frisingensem citat. Item Jus civile feudist. in c. Imperialem §. praterea Ducatus de prohib. feud. alien. per Frid. deniq; hac consuetudo est canonizata, c. licee extr. de vot. & c. Leges contrarium dicentes amplectuntur quid plus. Problemata in adu satisfaciemus.

THESIS XVIII.

Inter Reges Christiani orbis & nostri Romano Germanici a, Imperij ad finem usque mundi durantis b, à Græcis & Germanos translati c, olim administrationis d, hodiè patrimonij caput est invictissimus Imperator noster f. Imperium autem quale sit feudum, alio tempore cum Deo & die dabimus.

a) Argumentantur Adversarij à forma denominante hoc modo: mutata forma denominante mutatur res denominata, Atq; Roma tanquam Romani Imperij forma est ablata, Ergò. R. cum Synesio & Herodiano j. ἐκείτε ἢ ἔγωγε ἢ πῶς ποτ' αὐτὸ βασιλεὺς ἦ. Hinc rectè Remp. Rom. non esse in parietibus, sed in aris & focus ait Cuj. ad l. 7. C. de canon. legit. tit. Et major est orbis quàm urbis auctoritas Bald. ad l. 8. §. 9. ff. de excus. tut. cluten. in Syllog. rer. quotid. Nicol. Bellon. cons. 86. n. 8. Alberic. Gentilis lib. 1. de jur. bell. c. 23. & Aruma. discurs. academ. 2. Besold. tract. de Jurisd. Imp. Rom. q. 2. Ferd. Waitznegger. p. M. in disp. de Imperat. & Imperio c. 6. b) D. Apostolus c. 2. ad Ephes. c. 2. Froiberus ad pet. de Andlo. lib. 1. c. 10. testatur Virgilius lib. 1. Aeneid. His ego nec metas rerum, nec tempora pono; Imperium sine fine dedi. c) Imperium à Græcis ad Gallos translatum ex idiomate, & à Carolo magno probare intendit. Bodin. l. 1. c. 9. Hic natione Gallum in Hermaniam migrasse, sed inde in galliam redisse, & Germanis Francis stipatum jure bellico Italia Dominum nactum esse dicit. R. ad primum diversa esse Francken vnd Frankosen. Alterum evidentissime falsum esse demonstrat Cuspin. de Carolo Magno Pipini filio Regis Francorum, quod in villa Ingolheim duobus millibus passuum Moguntia distante in lucem editus sit. Nam mensibus & ventis nomina Germanica indidit, Cusp. & germanico Idiomate Grammaticam conscripsit, Crantz. lib. 2. c. 8. rer. Sax. & Evangelia germanicis rhytmis edidit. Spang & Tritheim. Rectè itaq; Germania Francorum gentem sibi vindicat, Joan. Isaac. latè Pontanus de orig. Francicarum lib. 1. c. 10. & l. 7. c. 3. Huic sententiae calculum adjiciunt Procopius lib. 1. Gothici. Rudolphus de Babenburg in tr. de Jur. Regni. c. 3. Heig. l. 1. q. 5. d) Ducatus Marchionatus, Comitatus olim muneris fuisse comparet ex Heig. p. 1. c. 2. e) Has dignitates sub

C

Carolo

Carolo Magno hereditarias esse factas scribit. Knich. in sax. de non provoc. Iur. ad verba Ducum Saxonia cap. 4. Idq; historicis inconueniens, Sed potius sub Imp. Saxonis perpetuas effectas fuisse tradit Colerus de process. execut. p. 2. c. 1. n. 140. Stephani. lib. 1. de Iurisd. c. 3. n. 37. Rationem ut Magnates sibi magis de uincerent scribit Vultej. in prafat. tract. de Iurisd. Cuiac. lib. 1. de feud. tit. 1. f) Testatur Elector Moguntinus in sua formula, Ich W. Erzbischoff zu Mainz schreibe/ das Ich will erwählen ein weltlich Haupt dem Christlichen Volck/ das ist einen Römischen König/ zu einem Keyser zu erheben. Aureabull. 2. Reink. tract. de regim. secul. & ecclesiastico class. 2. c. 2. Aur. Bull. Car. 6. IV. c. 2. N. A. de an 1570. Nach erledigtem haben wir als ein wehrend Haupt des Römischen Keyserthums/ &c. Junge Leonelavium in supplemento annal. oltomannica. rerum. Anton Guettam cons. 1. & multos in eodem sensu allgat Goldastus.

THESIS XIX.

AB Imperio Romano Germanico se eximunt Hispania olim Imperio Romano subiecta *a*, Gallia *b*, Polonia, *c*, Svecia *d*, florentia *e*, Lucana *f*, Genua *g*, Livonia &c. *h*. Hi totaliter exempti; Utrum aliquo Jure se tueri possint, quaeritur? & negamus.

a) Quia provincia Hispania Imperatoris nostri praesidibus ad interrogata rescripserunt, uti patet ex inscriptione l. 16. C. de donat. ant. nupt. & l. 6. C. de ser. fugit. Castald. de Imp. Rom. q. 35. n. 11. b) De Polonis & Ruscis nullum potest esse dubium, quin olim Imperatori Romano paruerint, constat enim ex Nov. 50. ab extrema Schythia appellationes ad Imp. Romanum devolutas esse; Huc facit quod Otto Imp. Duci Polonia Boleslao Regiam dignitatem contulerit, Carion. 5. Chron. e) Hac a Carolo Magno restaurata Imp. subdita paruit, donec tandem fide denegata libertatem & privilegia 70000. Ducatorum elicuerit, signom. de Reg. Ital. lib. 20. Bodin. 1 de Repub. c. 9. f) Hac libertatem suam omnigenam emit 12000. ducatorum, signon. d. l. g) De Borussia & Livonia certum est, quod non tantum virtute militum Teutonicorum Imp. Rom. addicta, Verum etiam semper paruerint, cluten. syll. rer. quotid. th. 14. in fin. Bod. l. 1. de Rep. c. 9. h) Hi forsant titulum donationis, venditionis uti & praescriptionis objicient. Idque sine effectu; quia Imperator instar Tutoris subditorum commoda querit, l. 27. ff. de administ. pericul. tut. & ita consulit Imperio ut per ipsum augeatur, l. 2 §. novissime ff. de orig. Iur. Et quamvis Imperator quibusdam provinciis per vim contractus, vel privilegij concesserit, superioritas nilominus in omni concessione reservata manet. Colerus de process. execut. p. 2. c. 1. n. 129. & seq. Menoch. lib. 2. praesumpt. 1. 18. n. 13. Pist. p. 2. lib. 2. q. 45. n. 15. moller. lib. 4. semestr. c. 46. n. 10. Idque pluribus testimonijs probat Arnold. Engelb. disq. de Iurisd. Imp. th.

170. Nec obstat prescriptio, quã contra Imperium nullomodo currere notat inter alios Modest. pist. conf. 4. n. 28. vol. 1, ex Baldo Natta conf. 636. n. 164. Demum Christus mandavit, ut omnis caro sit subdita Casari, & tribuat Casari, qua sunt Casaris; Hinc totaliter exemptos Imperat. nostr. gloriosissimum ut superiorem omni jure recognoscere debere concludimus.

T H E S I S. XX.

Imperatoris nomen olim sortiebantur Duces belli *a*; Hodiè persona idonea ratione pietatis *b*, conditionis *c*, status *d*, nationis *e*, non certæ ætatis lege expressæ *f*, Francofurti *g*, intra certum tempus *h*, per septem Principes Electores *k*, ritè in Regem Romanorum *l*, sequenter in Imperatorem elegitur *m*, qui numerus sanctus habetur *n*.

- a) §. Servi, instit. de Jur. pers. Dion. in Augusto, Cic. in Epist. famil. lib. 2. ad Appium. b) l. 8. C. de summ. Trinit. Item cap. Venerabilem de elect. clem. 1. de Jurejurand. cap. Apostolica de R. I. in 6. & proem. instit. in verbis, & fiat tam juris religiosissimus. d) hoc est ratione dignitatis tum enim Comites quam Principes Imperatores creari posse constat in Wilhelmo Rudolpho, Adolph. & Gunthero. (qui sententiæ favent Castald. de Imp. q. 7. n. 8. Schrad. de feud. pag. 8. sect. 8. n. 18. e) Non Clericus sed Laicus Ant. de Rosel. de potest. Imp. Castald. q. 8. n. 7. f) Natione Germanus non aliena, & quamvis hoc non expresse requirat Aur. Bull. testantur tamen id ipsum & Eminentissimus Elector Moguntinus & Trevir. quoad Jusjurand. Sleid. lib. 1. hoc Ottonem III. speciali lege cavisse testantur inter plurimos Autores Buxtorff. in Aur. Bull. g) Communiter quidem minor 25. annis ad Reip. administrationem non admittitur per l. 6. & 11. ff. de Decur. & l. ad Remp. de mun. quod in Imp. non observ. patet. in Henrico IV. qui Octavo, Cranx. lib. 4. rer. Sax. in Ottonem III. qui admodum puer electus. Carolo V. qui 19. ætatis anno in Regem Romanorum electus est, Sleid. lib. 1. & c. h) Aur. Bull. tit. 1. §. auch sehen / qui locus cum publica auctoritate legis est designatus. i) De tempore electionis lege Aur. Bull. tit. 2. §. wo sie aber. k) Aur. Bull. Car. IV. tit. 2. de elect. Idq. Sigismundi Bulla referente Arnold. Engelbrecht. sect. 10. de jur. Imp. Germ. l) Heigius q. 3. n. 56. p. 1. Wesenb. in not. ad Schneid. in proem. instit. n. 6. m) Olim jus eligendi Imp. competebat populo uti constat de Cunrado I. Cusp. in ejus vita. Item de Henrico I. Willig. lib. 1. rer. Sax. Item de Ottonem II. Regim. in chron Anno 961. hodiè jus & facultas ad Illustrissimos septem Principes Electores translata est, Aur. Bull. tit. 1. & 2. n) Anton. Colerus de Jur. Imp. Romano Germanici n. 44. Azo in sum. C. de vet. Jur. enuch. n. 6. & seqq. Alij hac in parte persas fuisse imitatos ajunt Germanos. Apud persas enim 7. fuere Regis Consiliarij primarij & qui etiam Regem in defectum successionis eligere solebant.



20.
DISCVRSVS VI. DE MAIESTATE IMPERAT.
T H E S I S. XXI.

MAiestatis vocabulum varijs indigitatur nominibus, estque realis & personalis; quæ definitur: quod sit summa, perpetua, item legibus soluta Reip. potestas in personas ac res suæ ditionis.

a) Sumitur interdum pro maiore statu seu amplitudine & magnificentia in Rep. Arnif. de fur Majest. c. 3. Alb. Gent. ad Jul. Majest. disp. 2. à pr. Born. tr. de Majest. c. 1. Tholoff. l. 8. de Rep. c. 3. l. 4. & l. fin. C. de ll. l. 23. ff. de leg. 3. Interdum pro furibus Imperij, Liv. lib. 2. Curt. lib. 10. Vocatur sceptrum Gen 49. Item Imperium in Rep. summum, Arist. 3 pol. 4. Grecis αὐει, πολιτεύμα. Gall. Souverainité indigitatur, Besold disp. 2. cl. 1. 10. Vocatur etiam sublimioris Imperij summiq; Dominatus symbolum, ex Goddæo Reink. c. 2. n. 14. b) Paurmest. 1. de Jurisd. c. 3. n. 1. & 22. Reink. l. 1. cl. 3. c. 11. n. 2. & 4. Bod. lib. de Rep. c. 8. Majestas realis Regno vel Imperio innata & propterea coæva dicitur, proinde neq; per decessum seu Imperat. seu Regis expirat, sed interit solum cum ipsa Rep. Besold. d. l. Hinc crimen læsæ Majestatis tam adversus Remp. quam ipsum Principem committi scribit, Bocer. tract. de crim. læs. Majest. c. 1. n. 25. & c. 1. n. 13. & n. 47. cujus basis & fundamentum sunt Regni leges, quibus sublatis statum Reip. Rom. everti necesse est, Althus. c. 6. edit. prior. Dan. 3. polit. Potest autem Imperat. fasces Imperij resignare ingrediendo religionem, prout fecit Eotharius I. qui monasterium prumiense ingressus est: Otto Frising. l. 6. chron. c. 1. quod verò possit resignare probatur arg. c. 8. de renunc. in 6. & l. fin. c. de defens. civ. Exemplum nobis est Carolus V. Et ita in individuo tradiderunt. Matth. Steph. de Jurisd. l. c. 15. n. 22. Sohrad. de feud. p. 10. sect. 3. n. 137. Anton. de Rosel. tract. de potest. Imperat.

T H E S I S. XXII.

HÆc Imperatori a, legibus soluto b, subjectionis nescio c. non alium nisi Deum ter Opt. Max. superiorem cognoscenti d, verè tribuitur, cum tamen nihilominus Antecessoris sui facta fervari cogi posse non inficias imus e.

a) It. Reink. l. 1. cl. 2. c. 9. d. 6. 2. n. 231. d. c. 2. per tot. b) l. 11. de ll. l. 26. 27. & 28. ff. eod. arg. l. 32. in fin. C. de appell. l. 27. de leg. 3. l. 3. C. de testam. fin. instit. quib. mod. test. infirm. arg. l. 7. C. de precib. Imp. offer. R. A. An. 1495. de pac. publ. rubr. von Römischer Macht und Vollkommenheit / & c. de an. 1544. §. Als wir aber / ibid. Auß unser Kaysertlichen / & c. Nov. 105. c. 2. in fin. §. 6. in pr. inst. de. I. N. G. & C. Huic. sententia favet Ulp. in l. 31. ff. de ll. Treutl. vol. 1. disp. 1. th. lit. a. de I. & I. quod plus; Principem aliquibus gratiam facere posse obstante jure communi exemplis asserit Zas. ad l. princeps n. 12. in fin. Gail. obs. 14. n. 6. cumq; non esse

esse subiectum legibus positivis, sed supra leges esse & Dominum legum ait Goffo-
fried. Anton. disp. de potest. Imperat. th. 10. c) Reink. l. 1. cl. 2. n. 128. & 128. Idem
Reink. l. 1. cl. 3. c. 12. n. 3 ex Pruckmanno Matth. Steph. l. 2. de Iurisdic. part. 1. c.
1. memb. 1. n. 11. Bald. conf. 327. col. 5. lib. 1. Marcus Mantua loc. comm. l. 1. c. 2.
d) Per quem Reges regnant, qui etiam transfert & firmat regna, Prov. c. 8. v.
15. & in libro sapientie c. 6. v. 4. Danielis c. 1. & 2. v. 21e Albert. de Rosate in l. ult.
de quadrienn. prescript. e. Intellige nostram thesin procedere de factis proprijs
Iuri natura vel juri gentium vel consuetudini vel officio repugnantibus, quia di-
gnitas Reip. nunquam moritur, Nov. 87. c. illud quoque. Buxtorff. in A. B.
concl. 37. lit. a.

THESES XXIII.

MAjestati proprium est, legum ferendarum potestas, in his cum Imperio
Ma, tum in homagij, quam fidelitatis receptione b, potiores Imperator
partes obtinet c; proinde aliqui hoc Jus non Imperatoris (inter quos agmen
ducit hippolythus à lapide) sed solius Imperij esse, graviter errant d.

- a) Olim solus Imperator leges condidit, l. 2. C. de vet. Iur. enucl. l. fin. C. de ll. l. ult.
C. eod. Lamellot. in templ. omn. Indeor. lib. 2. c. 1. adeo ut quod Principi placuit,
leges vigorem habuit, l. 1. princ. de constit. princ. §. 6. instit. de I. N. G. & C. Ho-
die in legum sanctione consilium consensus & voluntas Imperij requiritur, R. A.
de an. 1549. §. Damit dann hinfüro Rath vnd Zuehul / R. A. an. 1570. §. wei-
ters na h dem einm. thiger zeitiger Rath vnd Will & c. quod observat & status
Imperij in suis territorijs citanda primarios ex nobilitate & majoribus civita-
tibus ejus provincie l. 19. ff. ad municip. Nov. 123. c. 34. b) Homagium prestare
est instar subjectionis juramentum subire, ex Cravetta, Rolando à Valle & alijs
Reink. l. 1. cl. 2. c. 2. n. 88. Ex Gail. n. 88. Idem ex Zasio, Sixtino, & Gilmanno
lib. 1. cl. 5. c. 4. n. 4. Patet itaque sententia nostra ex formula Juramenti à
Reink. adducta cl. 5. c. 2. n. 207. Schwören dem Römischen Keyser vnd dem
Reich treu / hold vnd gewärtig zu seyn. Item ex const. contra Anabapt. de an. 1529.
§. desgleichen. ord. pac. profan. de an. 1521 in pr. R. A. de an. 1542. §. hterumb &
passim: c) R. A. de Anno 1530. §. vnd meinen. R. A. de Anno 1524. §. vnd
diereill wir / Item R. A. 1524. §. vnd erstlich R. A. de anno 1524. §. vnd diereill
wir. Item R. A. 1523. §. vnd erstlich R. A. de Anno 1567. §. haben sie / d. R. A.
§. darauff auch von wegen / R. A. de Anno 1566. §. wiewol dann ferner. d)
Nec scrupulum facit nobis dictus Autor in part. 1. c. 6. sect. 1. de rat. stat. ubi causam
materiam sumit pro efficiente.

T H E S I S X X I V .

Porro Jus belli, pacis & foederum Majestatis est *a*, quæ pari passu ambulat *b*; quæ potestas olim indubitatò Imperatoris *c*, & superiori seculo Regimenti *d*, hodiè Jus guerræ adhuc Imperatoris est *e*.

a) Reink. lib. 2. cl. 3. c. 1. n. 11. Hippolytus à lapid. part. 1. c. 9. sect. 1. de rat. stat. & alij. b) Reink. d. cl. 3. c. 3. n. 25. Warem. ab Erenb. part. 1. de foed. c. 2. n. 28. & seqq. c) Nov. 105. in pr. l. 3. ad L. Jul. Maj. l. un. c. ut armor. usus in scio princ. interd. sit. d) Dux Imperialis nemini bellum in scio Regimento movere potuit, R. A. de an. 1526. §. weiter als Königl. Würde/ R. A. de an. 1500. tit. der Hauptmann soll ohne Befehl niemand überziehen/ vnd keinen Krieg fürnehmen/ es sey dann zuvor durch uns (nam Imperator Ordinarius Regimini Praeses fuit) oder den Reichs-Regenten/ zuthun befohlen. e) Reink. lib. 1. cl. 2. c. 2. n. 129. & sequ. & cl. 5. c. 6. n. 123. R. A. de an. 1541. §. darneben/ R. A. an. 1542. §. vnd wiewol diese R. A. de an. 1566. §. über voriges haben vns. Ord. Cam. p. 2. tit. 15. ibi auß der Keyserlichen Majestät oder unserm Zugeben. R. A. zu Augspurg de an. 1555. §. wo sich aber & §. sequ. Non stringunt nos Warem. ab Erenb. cap. 2. n. 30. Sigfridus presbyter Misnensis cap. lib. 2. Nauclerus vol. 3. chronogr. gener. 35. Hier. Matias lib. 16. Chron. German. Ott. Frising. lib. 2. de gestis Frider. l. c. 6. Hi enim utile nempe & honestum à necessario non distinguunt.

T H E S I S X X V .

Ad Majestatis Jura suprema Jurisdictio, quæ ex Legistarum opinione Cælaris propria est *a*; Cui cum Camera concurrentiam in Jurisdictione Imperij *b*, item cum statibus Imperij in eorum territorijs multi ex recentioribus attribuunt *c*. Item collectatio, sive collectæ generalis impositio Reichs-Steuer/ Reichs-Anlage/ Reichs-Hülffe/ refertur *d*, quàm Imperator ex justa causa exigere potest *e*.

a) Hoc Majestatis Jus omnibus Imperij Romano Germanici Electoribus à Carol. IV. olim in Aur. Bull. c. 11. fuit concessum, à quibus appellare non licet nisi ob denegatam Iustitiam & nullitatem processus, Buxtorff. th. 94. Cùm ab his appellare nefas sit, quis tam hebes est, ut à Cesare putet appellandum; Lex enim quamvis dura, attamen ferenda. Huic sententiæ favent Cromer. l. 2. in Polonia, statuta polonia à Ioh. Herburto à fulstin edita tit. bellum. l. 1. §. 1. à quibus appellare non licet ex Bald. & alijs Reink. lib. 1. cl. 5. c. 2. n. 4. b) Knich. de Iur. territ. c. 1. n. 318. Imperatorem quoad Jurisdictionalia & alias potestates mari comparat, Quod neq; augetur neq; minuitur, paurm. de Jurisdict. l. 2. c. 4. n. 23. Heig. l. 9. 9. n. 20. & p. 2. 9. 25. n. 36. Mynsing. 6. obs. 99 & cons. 94. n. 4. Mindan. de process. Can. extrah. c. 11. Gail. 1. obs. 29. n. 3. & obs. 11. n. 16. Hartman. de feud. obs. 43. lib. 2.

lib. 2. c. 2. n. 7. de Iur. majest. c) Principem quemlibet in suo Imperio Monarchiam esse haud diffitemur. Attamen Imperator in omnes intra Imperij limites domicilium foventes, quoad Iurisdictionem fundatam habet intentionem, Knich. de Iur. territ. c. 1. n. 157. Schwamman obs. Cam. 2. n. 6. Gaul. 1. obs. II. n. 4. & DD. com. Hoc enim est de substantia Imperij cujuscunq, ut penes quem sit Imperium, individue eundem sequatur Iurisdictione, paurm. de Iurisd. c. 1. n. 18. in eum omnia regimina Reip. translata sunt, Matth. Steph. p. 1. c. 1. n. 14. d) Reink. lib. 1. cl. 5. c. 4. n. 171. Hippolythus à Lapid. part. 1. c. 12. sect. 1. de rat. stat. e) Quod ex Bodino & alijs probat Reink. l. 1. cl. 2. c. 2. n. 143. & cl. 5. c. 4. n. 208. & sequ.

T H E S I S X X V I.

PECCUNIA collecta olim à Regimento in vigore suo durante *a*, nunc ab ipsis Ordinibus *b*, vel à singulis ordinum *c*, vel à singulis circulis *d*, vel in publico aerario *e*, sub certis quaestoribus *f*, Ab Imperatore simul cum Imperio dependentibus *g*, asservantur: quibus quoque quaestores rationes reddunt *h*; Et si ea opus non sit, ordinibus restituitur *i*, aut ad similes necessitates reservatur *k*. Hinc Imperator pecunia collecta prohibito non uti *l*, nec solus à collectis immunitatum uni ordinum concedere potest. *m*.

a) Ordinat. Regim. de an. 1500. tit. von der Steuer der Geistlichen / & c. R. A. de eod. an. §. weiter als Königl. Würde. vers. vnd fürter diesem hernach genannten. b) R. A. de an. 1548. §. ferner haben wir. c) Quod decretum est an. 1518 pr. Recessum Imp. de an. d. §. vnd nemlich dieser Meinung. d) quod factum an. 1542. quo circularū quaestores pecuniam collectā penes se retinuerunt ac militi persolverint stipendia, R. A. de an. d. §. Wir setzen / ordnen vnd wollen auch. e) Idq, erigitur vel in una civitate ut Francofurti; Const. des gemeinen Pfennings de an. 1495. tit. von den sieben Schatzmeistern. vel in pluribus civitatibus R. A. de an. 1512. §. Item haben wir / & c. R. A. de an. 1522. §. es soll auch ein jeder / & passim. f) Const. des gemeinen Pfennings de an. 1495. tit. von den sieben Schatzmeistern. g) Const. vom gemeinen Pfennig tit. eod. ibi. wie die Schatzmeister aller anderer Pflicht ledig seyn sollen. R. A. de an. 1541. §. vnd damit gemeine Stände. h) R. A. de an. 1524. §. diessell auch solche Hülffe. R. A. de an. 1529. in fin. de an. 1541. in fin. de an. 1542. §. vnd solch vorgenommen / & §. hierum der damit. i) R. A. de an. 1524. §. Item so der Türck R. A. de an. 1526. §. es haben sich auch. k) R. A. de an. 1566. §. vnd soll solche Geld Hülffe. l) R. A. de an. 1622. in pr. d. Recess. Imp. de an. 1524. §. Item als auff gegenwertigen. m) Schanzb. lib. 5. pol. c. 12. Gaul. lib. 2. obs. 59 n. 1. Matth. Steph. lib. 2. de Iurisd. part. 1. c. un. memb. 1. n. 107. Remisit tamen Imperat. civitatibus, Goslar / Mühlhausen / & c. R. A. de an. 1542. §. vnd wiewol die Städte.

THE-

24.
T H E S I S X X V I I .

Inter Majestatis Jura similiter Jus creandorum Magistratum *a*, Investitura de feudis Regalibus *b*, Jus primariarum precum *c*, privilegiorum concessio *d*, Jus civitatis concedendæ *e*, banni proscriptio *f*. censentur; quæ maxima pars sunt muneris Imperatorij. *g*. Ad hæc Majestatis Jura quoque pertinent cætera *h*.

- a) Bodin. lib. 1. de Rep. c. 10. Reink lib. 1. cl. c. 2. num. 20. l. un. ff. ad L. juliam ambitus. b) Feuda Regalia Sahnen. Lehen appellantur. A. B. tit. 5 qua nec à Regimento conferri potuerunt, Ord. Regim. de an. 1621. §. vnd behalten des. c) Imperator habet potestatem in quolibet Monasterio & collegio in Imperio constituto, unum virtute precum ad beneficium Ecclesiasticum promovendi personam, Carol. IV. Rescriptum, de primar. precib. Goldast. tom. 1. Const. Imp. 4 n. 343. d) Solus Imp. dat & confirmat privilegia non in magnum Reip. detrimentum aut tertij præjudicium tendentia, l. 1. §. 2. de const. princ. Vultej lib. 1. Jurispr. c. 12. Lud. Carbo de ll. lib. 9. diff. 6. & 7. n. 5. & c. e) Schonb. lib. 5. polit. c. 24. arg. lib. 1. C. de metrop. Beryt. f) Hippolyth. a Lap. part. 1. cap. 11. sect. 1. derat. stat. g) Reinck. lib. 1. cl. 5. c. 6. n. 147. & seq. h) Talis est Academ. fundatio, Ord. Cam. de an. 1555. part. 1. tit. 3. §. deßgleichen sollen, Nundinar. institutio, l. un. c. de mundin. concess. verò atatis. Natalium restitutio, l. 1. 2. & ult. C. de natal. restit. Legitimat. Nov. 74. c. 2. 89. c. 9. Nobilitatio Reink. lib. 1. cl. 5. c. 10. n. 13. Quod Archiducibus Austriae commune est quorum privilegia vide in Cosmogr. Sebast. Monster. lib. 2. c. 399. fol. nov. edit. 974. & 975. & seqv. quem dignitatis titulum apud Imperatorem nullus obtinere potuit, Chas. de gloria mundi part. 5. cons. 44. Concessio juris stapularum, die Staffel. Berechtigtheit / Limna lib. 9. de jur. publ. c. 9. n. 129. Postarum quaq; generalis instituti, Schonb. lib. 5. polit. c. 17. & alij.

T H E S I S X X V I I I .

Jus eudendæ & ordinandæ monetæ majestatis est *a*, Legatorum quoque mittendorum & audiendorum *b*, remissio pœnæ capitalis *c*, restitutio famæ *d*; quæ ordinibus hodiè communicata existimantur *e*. Hisce præmissis quæritur: quisnam status hodiernus Sacri Romani Imperij est? Triplex est sententia, una simpliciter purè Monarchicum *f*, altera Aristocraticum *g*, tertia statum Aristocratia temperatum asserens, ita tamen, ut si præmineat Monarchia & Majestas Imperatoris *h*.

- a) Bodin l. 1. de Rep. 10. quare Rex persarum Egypti præfectum securi percussit jussit, uti refert Herodotus. b) Clapmar. l. 1. c. 18. & c. c) R. A. de an. 1526. §. es soll sich auch. Rol. à Valle cons. 4. n. 4. lib. 3. d) Schonb. lib. 5. polit. c. 24. R. A.

in Speyer de 1526. § vnd wiewol der gemeine Mann. e) R. A. de an. 1555. §. da
 mit aber §. wiewol wir nun §. In solcher Reink. lib. 1. cl. 5. c. 6. n. 50. f) Sen-
 tentia prior probetur à definitione ex Bodin. lib. 2. d. Rep. c. 1. Item R. A.
 de An. 1541. §. hierumb/ibi. auß Röm. Keyserlicher vnd Königl. Macht &c.
 Item à testimonio Imperatoris Turcarum. Item probatur ab externis signis Mo-
 narchia, à homagio tam fidelitatis quam subiectionis, cuius formulam refert,
 Varem. ab Ehrenberg/ lib. 2. de feud. sub. n. 161. hoc modo: Dem Römischen
 Keyser vnd dem Reich/ Treu/ hold/ vnd gehorsamb zu seyn/ &c. Ergo. g) Al-
 tera probatur, quia Imperator potestatem exigendi vectigalia telonia, imperan-
 di tributa, Ius belli indicendi, solus non habet, R. A. de An. 1576. §. Bette-
 seyn wir auch. Quod est infallibile summa potestatis sybolum, Sleid. lib. 1. 14.
 Ergo. Tertia probatur hoc modo: Id Imperium quod ad Monarchiam in agis
 propendit, quam ad Aristocratiam, à Monarchia tanquam à potiori rectè de-
 nominatur; Atq; Imperium nostrum magis propendet ad Monarchiam quàm
 ad Aristocratiam. Ergo rectè Monarchicum appellatur. En aciem ab utra-
 que parte paratam cui ergo lateri nostra vexilla tutius jungamus; Dicimus nos
 Inuictissimum Romanorum Imperatorem LEOPOLDUM, Dominum
 nostrum omnium Clementissimum, cuius Majestati firmam valetudinem, Im-
 perium florentissimum, victoriam & felicitatem à DEO animitus precamur,
 veram Monarchiam esse, atq; hoc defendemus constantissime.

DISCVRSVS VIII. DE STATIBUS ET MEMBRIS
 REIP. ROMANÆ.

THESIS XXIX.

STATUS Imperij varij varieque vocant a, qui ratione territoriorum dividun-
 tur in Circulos b, ratione dignitatis in tres classes c.

- a) Status Imperij alij censent, qui Casaris & communi procerum Imperij consensu
 in Album sive matriculam Imperij recepti, in commitijs suffragium habent
 occurrente necessitate certum censum in matricula expressum persolvunt, vel
 subsidium militare prestant, Gail lib. 1. obs. 21. n. 2. &c. qui non alium superio-
 rem quàm Imperatorem recognoscunt, Wehnerus in pract. obs. verbo Stand
 des Reichs/ &c. Alij requirunt territorium cum omnimoda Iurisdictione Re-
 galibus decoratum, & ut id immediatè ab Imperat. & Imp. recognoscat, quod
 affirmat Gail. cum Wehnero & aliz in verbo, Stand des Reichs. Negat hoc
 post Reink. Albert. Maurius in tr. de statibus Imp. c. 1. eo quod distincta sint sta-
 tus Imperij. Andr. Knichen in Valitatione Apolegetica n. 13. pro exemplo alle-
 gat Comites Tubingenses. Alij statum Imperij esse dicunt, qui per edicta Ca-
 sarea ad Comitias Imperialia sepius vocati, eaq; acceptarint, licet non comparue-

rit, *Maul. de statib. Imp. c. 2. n. 6.* Item si quis ad conventus circulares vocatus fuerit, *Welchener decis. 6. tom. 3. fol. 78.* si quis coram Cesare, Camera, Austregis, non coram alio principe conventus fuerit. Si alicui vel suis Majoribus Tutores in Camera fuerint dati vel confirmati, quod hodie fieri debeat, affirmat *Trentl. Vol. 2. disp. 9. th. 4. lit. a. de Tutoribus.* aut etiam alicui venia etatis concessa, *Maul. c. 2. n. 14.* Statum Imperij esse in matriculam receptam anno 1521. probat *Minda. lib. 7. de processib. c. 67. n. 4.* qua in controversiam vocatur ratione inscriptionis & omissionis, ut apud *Goldast. & Lymna. in actibus Brunsvicensibus extat.* De quo nomine lites infinite subinde oriuntur, dum queritur, An Comes, Baro, Nobilis, Civitas, Monasterium principis alicujus territoriali Jurisdictioni subjiciatur, Ob er ein Landsaß sey! An verò Imperio immediate subditus existat, qua de republica actum prostant inter Illustrissimam Hassia Domum & Comites Waldeckenses. Inter Archicappellanum Trevirensis & Comites de Vallenthal. Inter Civitatem Fribergensem & Burggravios istius loci. b) De quibus vide *R. A. zu Nürnberg de an. 1522. qui X. Circuli ratione Camera in 6. contrahuntur, ut videre est in ord. Cam. part. tit. 2.* c) Prima classis Electorum: Secunda est Principum. Tertia est liberarum civitatum.

T H E S I S X X X.

Sunt autem post Imperatorem Electores principales Imperij a. Inter hos, & Ecclesiasticos primum locum occupat Eminentissimus Archiepiscopus noster Moguntinus, Collegij septemviralis Decanus, ad quem vacante Imperio intra mensem à die mortis Imperatoris b, pertinet Jus intimandi c, omnibus & singulis Electoribus d; Et sic intimatione ritè peracta vel in persona vel per nuncios suos venire tenentur e, si minus pro ista vice suffragio & voto suo privantur f. Si verò quis tardius accesserit, in eo statu admitti debet, in quo electio est g. Hinc recedente parte majore, electionem à parte minore de Jure expediri posse asserimus h.

a) Sunt enim Nobilia fulcra & procures, sacrum adificium, circumspècta prudentia pietate sustinentes, *A. B. tit. 3. in pr. tit. 2. §. vnd wiewol.* b) Elector Moguntinus vox & custos legum, atq; Iustitia armorum, Principis Imago, leges Imperij cancellans iniquas, Imperatoris Nepos, Archivum Imperij custodiens primum obtinet locum juxta hunc versum. *Treviris etate: sed rerum proprietate gaudet Agrippina: sed hanc Moguntina prima* c) Jus comitia indicendi ad Electores Moguntinos ab Antiquioribus traditum esse cum *Buxtorff.* scribunt alij plures. Non desunt; qui hanc potestatem vel alternative vel unà Electore palatino competere probare putant per text. in *Sächs. Landrecht* c. 27. §. his verbis: so sollen sie ein Gespräch gebieten zu Franckfurt/ die

soil gebieten der Bischoff zu Mainz bey dem Bann/ vnd der Pfalzgraff bey dem Rhein soll es gebiethen bey der Acht. *quibus optimè respondetur.* d) *Electio per omissum non verò per tertium tanquam subreptitia improbat, uti factum in Cunradi III. electione à Saxone & Henrico Bavaria, Gothofrid. in Viterb. in Chron. in part. 17. in Cunrad. III. p. 150.* e) *A. B. tit. 1. §.* Wann es auch dar zu kommen/ & §. auch setzen vnd ordnen/ & §. welcher Churfürst. f. d. §. R. A. zu Seyer/ *de an. 1629. §.* vnd damit ein solche *in fin. R. A. zu Regenspurg de an. 1541. Item R. A. de 1542. §.* vnd daß aber in diesem. g) *A. B. tit. 1. §.* wann aber ihrer mehren/c. h) *L. 7 ff. quod cuiusq; univers. nom. plura qui scire aveat, videat hac de re Buxtorff. in Aur. Bull. th. 25. lit. e.*

THE S I S X X X I.

Secundum locum tenet Archiepiscopus Trevirensis *a*, tertium Colonien-
sis *b*. Inter Electores politicos primum occupat Rex Bohemix *c*, secun-
dus locus attribuitur Palatino *d*, tertius Electori Saxonix *e*, quartus potentissi-
mo Electori Brandenburgensi *f*. Ratio status Ecclesiastici & politici or-
dinis electoralis assignatur varia *g*.

- a) *Qui Cancellarius per Galliam, ex constitutione Aur. bull. tit. 4. primum vo-
tum habuit, quamvis id hodiè immutatum animadvertimus.* b) *Hic per Itali-
am, cui officium primum diadema Regi Romano imponendi, A. B. c. 3.* c) *Cui hoc peculiare, quod ab oneribus & contributionibus necessariis immunis sit,
& ad comitia universalia comparere necessario non tenetur. Cluten syl. rer. quo-
tid. th. 24. in fin.* d) *Hic ab ipso Casare in constitutione Carolina Iudex Cesaris,
non ut Vasalli sed justi Regis constitutus est, A. B. in fin. th. 5. Sic Archiduces
Austria à Iurisdictione immunes, ortis controversiis coram aliquibus è suis Va-
sallis jus accipiunt, Cusp. in Austriac. p. 37.* e) *qui hoc privilegio decoratus,
quod vacante Imperio possit pleno Iure judicia exercere, presentare ad beneficia
ecclesiastica, colligere redditus, Iuramenta fidelitatis vice & Nomine Imperatoris
recipere, investire de feudis, exceptis Principum, quod soli Imperatori reserva-
tum est est, Vasqv. illustr. quaest. l. 1. c. 22. Buxtorff. in A. B. th. 69. Schrad. part.
10. de feud. sect. 1. n. 174.* f) *Potentissimus Elector Brandenburgensis S. R. Imp.
Archicamerarius & fisci prefectus, cuius insigne est Scepterum, quod in argu-
mentum gubernationis praefert.* g) *Ecclesiastici verò & politici ideo, ut illi, qui-
bus ad Imperatoriam dignitatem adspirare non licet, A. B. tit. 2. Hos ne alter
alterius voto ad tantum Imperij decus temere adspiraret, in officio retinerent, Jul.
plug. in Orat. de stat. Germ. plures rationes vide in A. B. tit. 4. Darnach wann
man.*



T H E S I S X X X I I .

Secunda classis est Principum, Comitum & Baronum *a*, Vocabulum Principis olim Imperatori tantum competebat *b*, hodie Archiduces, Duces, Marchiones, Landgravij, & similem majorem Regalem dignitatem habentes generaliter Principes vocantur *c*.

a) Sunt autem prater Electores ecclesiasticos adhuc 4. Archiepiscopi; quibus annumeratur Magister ordinis Teutonici, qui in Comitibus Imperij Episcopos precedit, R. A. su Augspurg/ 1528. in Catalogo subscriptorum. Hunc in comitijs ordinatim sequuntur Germania Principes Episcopi. 1. Bambergensis. 2. Würtzburgensis. 3. Wormatiensis, 4. Spirensis. 5. Strasburgensis. 6. Aichstadiensis. 7. Augustanus. 8. Hildesheimiensis. 9. Paderbornensis. 10. Verdensis. 11. Halberstadiensis. 12. Monasteriensis. 13. Osnaburgensis. 14. Passaviensis. 15. Freisingensis. 16. Basiliensis. 17. Ratisbonensis. 18. Mindensis. 19. Lubecensis. 20. Verduensis. 21. Cameracensis. 22. Metensis. 23. Tulliensis. 24. Leodiensis. 25. Tridentinus. 26. Brixensis. Iuxta Paurm. & alios. Hisce ex veteri Prælatorum ordine adscripti sunt, quos vide apud eundem. *b*) l. i. ff. de const. princ. §. sed quod & Principi, Inst. de l. N. G. & C. sic in libris feudorum c. 1. de natur. feud. c. 1. quis dic. Dux & c. *c*) Idq; fit expresse à Fridrico primo in iure feudali c. in pr. verb. à. pr. Italicus de prohib. feud. alien. per frid. & passim à Carol. IV. in A. B. in specie autem titulo Electoris, Ducis, & c. exceptis Principibus Anhaltanis insigniuntur.

T H E S I S X X X I I I .

Duo de viginti principum politicorum Germ. familiæ hodie enumerantur *a*, quorum quilibet in suo territorio tantum potest, quantum Imperator in Imperio; Habent diversa Romani Imperij status jura Majestatis *c*. Non autem omnes qui in alicujus principis territorij districtu comprehenduntur sunt in istius Principis Jurisdictione & patrocinio *d*.

a) Ut pote: Archiduces Austria. 2. Duces Bavaria. 3. Duces Saxonia. 4. Illustriissimus Marchio Brandenburgensis. 5. Serenissimi Duces Brunsvicenses & Lüneburgenses. 6. Duces Juliacenses nunc extincti. 7. Duces Pomerania. 8. Duces Megapolitanorum. 9. Duces Württembergenses. 10. Celsissimi Landgravij Hassia. Reliquos vide apud autorem superius citatum. *b*) Hoc defendit insignis politicus Besold. tract. prosth. part. 2. c. 1. de Jur. publ. Principes enim

enim non mandatam Imperatoris superioritatem, sed proprio iure exercent, Knich. n. 387. Marzer. cons. 26. n. 36. Alex. cons. 2. num. 9. vol. 1. Schurff. cons. 18. n. 2. cent. 3. & plures alij. c) Habent 1. liberum exercitium utriusque religionis R. A. de anno 1355. §. vnd damit solcher Friede. 2. Ius salvi conductus. Menoch. de arbit. Iudic. quæst. lib. 2. cent. 4. Sixtin. de Regal. c. 2. num. 35. l. 2. 3. Ius indiciarum moratoriarum. Anstand. Brieffe / nemblidh auß gewisser Zeit zu zahlen. Gail. 2. obs. 46. n. 14. 4. Ius conducendi vias publicas. R. Abschied zu Augspurg / de anno 1548. §. ferner zu noch mehrer / &c. 5. Ius vectigalium, utpote sunt: portorium, vel ripatica, vel telonia, Sixtin. de Regal. c. 6. Buxtorff. ad A. B. Carol. IV. concl. 91. per tot. & id genus alia. d) Hic pro quæstionis determinatione distinguendum est inter Landsassium & subditum, ille quidem in territorio, sed non semper de territorio Principis est; Ee hoc modo potest Landsassus esse immunis à Iurisdictione non autem à generali superioritate territoriali, hoc est von des Landes hohe Obrigkeit, Proinde Landsassus cogitur Dominum territorij agnoscere pro Domino suo & illi, als seinen Landesfürsten vnd Erbherren obedire & homagium prestare, fel. c. grave, num. 1. de off. ord. aug. confess. 230. Castr. 132. in noc. c. nimis de Iud. plura vide apud Bidenbach. in quæst. nob. 1.

XXXIV.

Parem Superioritatem aliqui Comitibus a, & Baronibus adscribunt b. Sunt autem Comites alij Befürste Graffen de quibus dictum, alij quibus Comitatus ab inferiore aliquo Principe per subinfeudationem confertur c, alij qui non in matriculam relati, & sine regalibus investiti d, alij status Imperij e. Baronum varia est appellatio f. Tertia classis est liberum Civitatum g. Utrum Comites & Barones immediatè Imperio subjecti sint in pari dignitatis gradu? Problema sit.

- a) Cacher. decis. 155. num. 1. & cons. 9. num. 2. Rol. à Vall. cons. 29. num. 26. volum. 1. & cons. 68. num. 16. Castrens. cons. 34. num. 5. vers. ergò. Obrecht. de Iurisd. c. 4. n. 16. Alex. cons. 1. n. 30. vol. 3. b) Ballon. cons. 59. num. 10. Paris. cons. 25. num. 63. lib. 1. Castrens. d. cons. 34. num. 2. in fin. c) Rosenthal. de feud. c. 2. conclus. 1. num. lit. c. Schrad. de feud. part. 10. sect. 2. num. 69. Borch. de feud. c. 4. num. 12. d) Quales sub domo Austria, Graffen zu Hardeck. Item sub Ducibus Pomerania & Episcopo Caminensi Graffen zu Diewgaraten. e) Qui in comitibus suffragia duo tantum habent. Unum suffragium, Schwäbische: alterum die Wetterauischen Graffschaften. f) Dicuntur alij semper Freye / alij Freyherrn / alij Freyen / alij Edele. Herren / alij Herren / alij

alij die Edle; quorum familias vide apud Paurm. lib. 2. cap. 1. de Jurisdic. Imp. Rom. fol. 448. g) Dividuntur Civitates liberae Imperiales secundum sessionem, quam habent in Comitibus in duo latera, videlicet in Rhenanum & Suevoicum. De utroq; latere vide Paurmeist. de Jurisdic. lib. 2. c. 1. fol. 402. h) Pro affirmativa pugnant, Vultej. de feud. lib. 1. c. 4. n. 14. Zas. de feud. part. 5. n. 29. Mynsing. respons. 16 n. 19. decad. 2. Rosenthal de feud. 2. concl. 1. n. 5. Pro negativa certant. Schurff. cons. 37. n. 7. cent. 2. Duar. de feud. c. 6. Molin. in consuet. paris. tit. 1. §. 20. n. 4. Matth. de afflict. in c. 1. quis die Dux n. 6.

DISCURSUS IX. DE NOBILITATE ET EQUESTRI DIGNITATE.

THESIS XXXV.

Definitur Nobilitas: quod sit excellentia beneficio Principis ac legis in aliquem, ob virtutes Reip. & vitæ communi salutare commoda collata, qua plebejorum numero quis eximitur *a*, cujus fundamentum & basis est sola & unica virtus *b*, Privilegia & Jura veræ nobilitatis multa sunt *c*, quibus omnibus Doctores gaudent *d*, proinde licitum est ijs sine speciali Imp. concessione nobilium insignia gerere *e*.

a) Nobilis à noscendo dicitur, qui præ cæteris notam claram, illustram apertam atq; hominum sermone celebratam habet, quem veteres per Gnobilem scribebant, referente Tiraqu. de Nobil. c. 2. in pr. festus pomponius & Nonius Marcenus & inter alios Plautus in pseudolo b) L. 7. C. de postul. Hinc merito à veris excluduntur nobilibus, qui ob solam aliquam gratiam titulo decorantur. c) Privilegia vide l. 15. ff. de honor. 2. l. 15. ff. de furejur. l. 33. C. de Decur. 4. l. ult. C. de Injur. 5. l. quoties C. de dignit. 6. l. 28. §. non omnes ff. de pœnis & cæteras Schrad. de F. p. 9. c. 3. n. 66. clar. §. fin. q. 60. n. 24. Deniq; nobilis non debet pro delictis in carcere detineri Bald. in l. 2. C. de exhib. re; nisi semel aufugerit à palatio quod illi fuerit loco carceris assignatum, Tiraq. tract. de nobil. q. 20. n. 32. Porro nobilis mitius puniendus est, quàm plebejus, nisi crimen sit atrocissimum, l. 6. in pr. §. 1. ff. ad L. ful. peccul. tunc enim pœna delicto respondere debet juxta textum. d) l. ult. C. de off. divers. Jud. gloss. in §. aliam verò in verb. altiori instit. de bon. poss. c. 32. extra de testibus. e) Dummodo ab insignibus certa familia proprijs abstineant, quod privatis concessum non est, arg. l. 27. §. ult. ad L. corn. de fals. chass. d. l. p. 1. concl. 23.

THESIS XXXVI.

Nobilitas autem alia est generis seu gentis, & sanguinis & alia virtutis *a*. Hinc divitias *b*, seu feudum haud nobilitare *c*, neque legitimatos per subsequens matrimonium nobilitatem consequi *d*, nec patrem amittentem nobili-

bilitatem præjudicare nobilitati filiorum e, multò minus advocandi munus f, paupertatem g, doctoratus ullam nobilitati maculam inurere putamus h.

a) *Est illa à Majoribus, virtute, rebusq; præclare acquisita & in suos, descendentes translata, hacque personae est propria & hereditaria, illa verò personalis.* b) *Ex veteribus affirmat hoc Euripides in Archelao, in Aeolo, idem in Erechtheo, in Iphigenia & alijs locis. Verior tamen nostra sententia ab omnium Theologorum, Ictorum, Philosophorum Historicorum & Poëtarum consensu approbata, pro cuius veritate etiam acerrimè pugnant Luc, de penna in l. mulieres C. de dignit. Salic in l. 7. C. de postul. Lactant. l. 5. de Justitia. c) Res enim à persona à re conditionem suam desumit, l. 1. C. de impan. lucrat. descript. Hinc Luc. de pen. in l. cum neq; in fin. C. de incol. addit. quod rusticus emens feudum nobile non fiat nobilis cui addit l. 2. C. de præd. & omn. reb. navic. hic pericles ad Thucydide l. 1. rectè ait. Possessiones non viros, sed viri possessiones nascuntur. Neq; locus hominem sanctificat, sed homo locum, c. multi & c. illud & c. nos dui dist. 40. E. d) quia nobilitas procedit à virtute eccellente mediatè vel immediate ab Imperatore. vel ex traduce stemmatis in liberos transit, gl. in l. stemmata. ff. d. gr. & ad fin. Ergò e) præsertim si filius nobilitatem à nomine & genere accepit; Nam talè casu liberi non tam à parente quam Majoribus videtur consequi, qua toti prosperitati provisum; Atq; ut pater in præjudicium filiorum non potest renunciare nobilitati; ita neq; sua ignominia potest illis præjudicare, l. 26. ff. de poen. c. 25. ubi Decius de R. l. in 6. t. 1. ff. de his qui not. infam. f) Laudabile enim est officium Advocatorum, l. laudabile C. de advoc. div. jud. & honorarium l. quisquis in fin. C. de postul. l. Judices C. dignit. & c. Nec desunt exempla apud Schonb. l. 3. c. 39. g) Nam & M. Emilio Scauro nihil offecit, quod pater ipsius paupertate coactus carbonariam exercuisset, Jacob. curt. tom. 1. conject. lib. 2. c. 29. h) Gradu Doctorum nobilitatem non obfuscarì probat Kirch. in Orat. de Ducib. & equitib. Germ.*

THE S I S X X X V I I .

Nobiles alij sunt imperij liberi, Alij Principibus & ordinibus subjecti a, qui à loco in tres distribuuntur classes b, specialibus privilegijs gaudentes c, Eum verò; qui illicitas exercet artes, indignum nobilitate se facere certum est d, hic excluduntur artes liberales, ut doctrina &c. e. Nobiles immediate Imperio subjecti utrum sint status Imperij? Problema sit. f.

a) *Unde dicuntur Die Freye Ritterschafft / R. A. zu Augspurg de an. 1555. §. vnd in solchen Frieden ord Cam. part. 2. & 5. b) Franconicam, Suevicam & Rhenanam, R. A. zu Augspurg de an. 1500. R. A. zu Spener / de an. 1542. demnach haben wir &c. c) Habent jus austregarum, ord. Cam. p. 2. tit. 3. iiii. Ritter oder andere Knecht des Adels / & tit. 4. ib, die vom Adel / & tit 5. ib, Edelmann oder*

Imp.
nem,
cum.
affir-
Myn-
tiva
.pa-

I

egis
col-
ba-
at c,
ciali

am
ant,
&
lu-
ile-
de
ad.
sin
uod
no-
pr.
m.
on.
iys
alf.

a,
er
o-
li-

32.

oder Knecht dem Reich ohnmittelbar unterworfen. 2. Gaudent beneficio constitutionis de pace religionis, nec minus quam Imperij status contribuunt, quod ab Imp. Rudolpho II. 1592. confirmatum est, præjudicium Camera in verbo Nobilitas, §. Die Fränckischen. d) l. i. C. ubi Senat vel clariss. item l. si qua C. secundis nupt. e) Littera adeò infesta & odiosa habebantur apud Gallos nobiles ut qui nobiles esse gloriabantur, nihil magis obesse nobilitatis decori aestimarent, quam litteras. Tiraqu. tract. de Nobil. c. 6. n. 10. in quorum sententiam non procul abie Licinius Imperator, alias etiam non admodum laudatus qui litteras & virus & pestem appellare non erubuit, Aur. Victor. in vita Constantini Constantij & Helena filij.

T H E S I S X X X V I I I .

Liberos ante acceptam à patre nobilitatem natos non æquè nobiles esse ac post natos *a*; Idem dicendum esse de ex matre ignobili, quàm nobili prognatis *b*, neque virtute nobilem genere, nobilem præferendum ex Jure & consuetudine, probatur *c* Sunt præter Nobiles diversi Ordines Equitum *d*, quorum dignitas spectabilis, ut post Comites & Barones primum locum obtineant *e*.

a) Idq; vult Gloss. in l. si senatur C. dignit. Castold. ad l. 5. de stat. hom. Bart. ad l. 2. §. in filijs ff. de Decur. Bal. in l. Imperialis C. de Imp. Besold. in disp. de Jur. & ordinibus civium, class. disp. polit. 2. th. 10. *b*) Consuetudine aliud introductum videmus uti habet Matth. Steph. pol. c. 4. n. 44. Nullum enim est dubium, quin clarior & illustrior sit nobilitas, quæ non tantum ex parte patris, verum ex parte matris accedat. Tiraqu. d. l. n. 28. *c*) Affirmativam qui tenent, proculdubio moventur dicto platonis, qui dicit: filijs eorum, qui ob scelera mortem passi sunt, si mores paternos fugerint honorem & laudem exhiberi jubet, quia nati ex malis fortiter virtutem secuti sunt, Plato post init. l. 9. de ll. Item l. 28. ff. de captiv. &c. Verum nobilitas quo antiquior eo illustrior est, l. i. C. de Vet. Jur. enucl. *d*) *U*tpote: 1. Ordo S. Ioannis Baptista, qui postmodum ab Insula Rhoda Rhodij appellati, hodiè ab Insula Malta à. Carolo V. an. 1523. ipsis concessa, Melitensis appellantur. 2. Ordo Templariorum, qui ob nefanda facinora à Pontifice Clemente V. an. 1312. sublati sunt, Plat. in ejus vita, & pol. de invent. rer. lib. 7. c. 5. & Robert. Gavignus in vita Philipp pulchri Regis Francorum. Plures alij ordines in Hispania creati sunt, ut milites S. Jacobi de Spatà, ordinis S. Augustini. Item milites de Calatrave, ordinis Cistrensis à Provincia Calatrave sic appellati Item milites Iesu Christi in Lusitania. Item Ordo sepulchri & alij de quib; Volat. Sunt præterea complures militum ordines erecti à diversis pontificibus, ut militum S. Petri: S. Pauli, Lauretanorum, S. Georgij, S. Lazari, Liliatorum & postremo militum piorum à pio IV. pontif. creatorum. Erectus etiam est noviter Anno 1561. 7 Cosmo Medicis illustrissimo, Florentia Senatorumq; Duce, &c. appre-

approbante Pio IV. Pontif. Item Ordo militum S. Stephani ad fidei Catholica defensionem, marisq; mediterranei ab infidelibus custodiam, cujus Magister erat ipse Dux & post eundem ejus successores. Sunt & alij ordines merè Laici, ut ordo aurei velleris vulgò Del Tosone, qui non excedit numerum quinquagenarium; Initium sumpsit à Philippo Burgundia Duce; traslatus per successionem in Carol. V. & sic ad Reges Hispanarum provenit. Rex quoq; Galliarum suum habet ordinem, quem Sancti Michaelis appellant, ad quem admitti non solent, nisi Proceres & Principes, P. Calefat. *ICTum in tract. de Equestr. dignit.*

DISCURSUS X.

DE CONSILIARIIS, LEGATIS ET OFFICIARIIS.

THESIS XXXIX.

Officium Consiliarij est dare consilium Magistratui, quæ tam ipsi quàm toti Reip. sunt utilia & necessaria cujus requisita multa a, è contra dignitas maxima est b. Hinc Magistratum quemlibet stipatum esse debere Consiliarijs c, at non indifferenter Juvenes 25. annorum ab officio Consiliarij remove salutare d, Consilium verò sinistrum si sortiretur eventum Consiliarium pœna haud afficiendum esse, autumamus.

a) *Consiliarium imprimis pietate, jurisprudentia philosophiâ practicâ, oratoria, linguis probè instructum esse necessitas postulat, Schonb. lib. 3. c. 23. Althus. c. 22. Sit præterea fidus, fortis, constans, & firmus in bono negotio, Greg. l. 24. c. 6. n. 5. de Rep. Item sit lenis facilis, placidus, mansuetus, humanus, affabilis, lentus, Althus. c. 22. Item modestia, constantia, tollerantia, silentium quamplurimum comendantur, Tacit. l. 3. hist. Valer. Max. lib. 2. c. 2. Curt. lib. 4. Veget. lib. 3. b) Censetur pars Corporis Principis, l. 5. in princ. C. ad L. Jul. Majest. l. 8. C. de dignit. Hinc Consiliarius dicitur amicus Principis, l. 4. C. de contrah. stipul. Imò Alex. Sever. Imp. Ulp. *ICTum parentem suum appellare dignatus est, l. ex Divi, C. de locat. & cond. in quem committi potest, crimen læsæ majestatis, d. l. 5. C. ad L. Jul. Majest. c) Ab exemplo sapientissimi Salomonis, 1. Reg. c. 4. Idem patet ex l. 7. C. de ll. & const. Princip. Salust. in orat. ad Cesar. Dion. Halycarn. lib. 2. de Rep. Rom. Althus. c. 22. de consiliariis Hypol. à Coll. & Hanon. disp. polit. th. 12. Bodin. lib. 3. de Rep. d) A Rep. Romana, in qua expressa lege Pompeja cautum, ne quis ad senatum & consilium accederet, qui minor 25. annis foret. Non obstat exemplum Papyrij aut Nervi, cujus meminit 4. Ulp. l. 1. §. 3. ff de postul. Et si tales Adolescentes septemdecenales Indole Divina reperiuntur, sine ullo scrupulo eos admittendos esse tenemus. e) Quia non ex consilij eventu animo & fide Consiliarij statuendum est, sæpissimè enim optimè cogitata pessimè cadunt, contra prava non rarò prosperè eveniunt.**

THESIS XXX.

Legatus est persona publica sacratiore nomine ad Principem, vel Remp. missa, sine Imperio, rei duntaxat dicendæ & agendæ causa *a*. Species Legatorum *b*, & immunitates variæ, eorumque origo antiquissima & Iurisgentium est *d*, quibus ad habendam fidem dantur litteræ credentiales *e*, à Legato domum reverso Princeps tam relationes quàm rationes expensarum exigit.

2) Legati dicti sunt à legendo, quod publici lecti mitterentur, alias appellantur Oratores, nuncij, Cic. 1. Tuscul. Item Ambassadors *ἀπόστολοι* & ἀμφοδίξειν quod mittere significat. Item responsales, caduceatores, à caduceo sive Ceryceo, l. 8. de rer. divis. *b*, *e*. baculo à Legatis gestari solito, habente ab utraq; parte insculptos duos serpentes invicem implicatos & se mutuò respicientes, plin. lib. 29. *b*) Legatio alia est officiosa, qualis est ad congratulandum aut dolorem significandum: Alia negotiosa, quæ ad alia negotia varia Reip. tempore pacis expedienda ablegatur: Alia pronuba, quæ ad matrimonium pro absente principe contrahendum mittitur: Alia libera, qualis imprimis periculi vitandi causa postulari solet, Schonb. lib. 3. c. 27. *c*) De quibus vide l. 17. ff. de legat. l. 7. in fin. & l. 8. ff. eod. Coler. de process. execut. part. 2. c. 3. num. 186. & seqq. l. 8. §. 1. de rer. divis. Valantur divino & humano presidio, Cic. 3. in Ver. eorum turbatores tum in accessu quàm reditu excommunicantur, C. si quis distinct. 94. à Christiana Rep. ex-terminantur, c. si quis 2. dist. 49. Non coguntur durante legatione subire dubiam iudiciorum aleam, sed domum revocandi jus habent, l. 2. de iudic. *d*) l. 5. ff. de l. & l. 1. 8. ff. de rer. divis. Hinc Legatorum nomen apud omnes gentes sanctum & inviolatum semper fuit, Cæs. lib. 3. de bell. Gall. *e*) l. 1. C. de mandat. princip. & l. 5. C. de iur. fisci, l. Paulus §. fin. ff. de legat. Legatus legationem suam non deferat, l. 1. eod. quæ moram non patiuntur, ipse strenuè perficiat non substituto permittat, l. 1. §. 4. eod. *f*) Quia nemini suum officium debet esse damnosum, l. 5. ff. de his quib. ut indign. Legatis sunt restituendi sumtus in legatione erogati, l. 2. in fin. ff. de legation. etiam ad recuperandam sanitatem impensi, l. in his, ff. ex quib. caus. major.

THESIS XXXI.

Legatorum violatio sufficientem causam belli gerendi præbet *a*, secus si sua culpa in periculum incurrant *b*: Legati utrùm fines sui mandati, excedere *c*, licitè munera accipere *d* possint? distingvimus *e*. Officiales quibus Magistratus utitur alij sunt necessariò & superiores *f*, Alij ad splendorem *g*, alij necessario & inferiores *h*.

a) Polyb. lib. 1. Corinthiorum urbs ideò à Romanis fuit eversa, quod ab illis Legati fuissent sordibus perfusi, Cic. prol. Manil. Eandem ob causam Tartari pugnarunt contra Russos, Cromer. lib. 7. Rex David contra Ammonitas, 2. Sam. 10. Herodes contra Arabes, Egesipus lib. 1. c. 32. &c. b) Sic M. Antonius Augusti legatum, quod lieberius cum Cleopatra vixisset verberibus nudum cædi iussit, Bod. l. 5. c. ult. num. 620. Alexander persicos jugulavit, quod filias Amynthe ad concubitum flagitassent, Herod. l. 5. Moschovitarum Rex Basilius, clavo pileum capiti cuiusdam legati affigi iussit, quod rusticè caput texisset, Sigis. Bar. in hist. Moschovit. plura exempla vide apud B. d. l. c) Legatus si instructus hac clausula: si quid amplius fieri oportet, pro locorum, temporum ac personarum varietate curabit legatus: Hippol. à collib. Kirch. l. 2. de leg. c. 6. Scipio Gent. de leg. Si verò Princeps certam legationis formam præscripserit, omnem licentiam legato ademit, l. 5. in pr. ff. mand. Hinc Athenienses suos legatos, quod alia, quàm ille decreverant, via proveci essent, morte mulctarunt, Ælian. lib. 6. d) Legatorum præmia olim erat locus h. e. adas liberæ à Romanis data. Lautia i. e. Xenia legatis missa à magnificentia præbitoris, Duar. disp. 1. c. 26. Munera, erat aureus annulus, qui illis publico dabatur quem palam gerebant. Plin. lib. 35. c. 1. Ansam dubij præbent Veneti, qui capitali pœna suis legatis munera accipere interdixerunt, Gent. lib. 3. de legat. c. 3. Idem scribit de Romanis Salustius, Zonar. ex Valer. Max. de abstinent. Plura vide apud Jov. in Leon. Distingvendum proinde est inter munera ordinaria & extraordinaria & privatim data, in quibus Legatus erit moderatus & omnia regula prudentiæ metietur, vide Alb. Gent. l. 3. C. 13. de leg. f) Vt pote præfectus aula, Mareschallus, præfectus Stabuli, præfectus cubilis, præfectus comæatus aulici &c. g) ut: nobilis commitatus tam equestris quàm pedestris Musici exhibitores spectaculorum &c. Kercherm. 1. syst. 2. h) quales sunt ministri cubicularij & nobiles pueri, Cellarius, scribe pocillator, coqui janitores &c. officium eorum quod attinet versator in obsequio & fidelitate.

DISCURSUS XI.

DE FORMA AC NORMA ADMINISTRATIONIS

h. e.

DE LEGIBUS ET EXECUTIONE LEGVM.

THESIS XXXII.

Leges esse & animam ac normam civitatis a, & una cum civitatis primordiis cœpisse certum est b: definitur Lex, quod sit: Commune præceptum Virorum prudentium, consultorum, delictorum, quæ spontè, vel ignorantia contrahuntur, coercitio: communis Reip. sponso c. Legum



causa efficiens sunt *L. L. d*, in quibus imprimis vitæ integritas requiritur *e*.
Materia legum, partim divinis & humanis rebus partim personis & rebus fini-
tur *f*.

a) *L. 2. ff. de ll. A. fab. in Iurisp. Papin. ad tit. de I & I. princ. 2. illat. 6.* b) *§. II. instit. de rer. divis. Cic. pro cluent. quintil. lib. 5. instit. Orat. cap. II.* c) *Papi- manus l. 1. ff. de ll. Marcian. in l. 2. ff. de ll.* d) *Quales sunt in Rep. y, penes quos in Rep. est summa potestas, utpote est in Monarchia, ipse Princeps, in Aristocratiâ optimates, Democratiâ totus populus.* e) *Hinc Minos fingebat, se ab ipso Iove leges suas didicisse, Nicol. Damasc. Sic Lycurgus consilio Apol- linis Lacedæmonijs leges compositas se ferre persuasit, Valer. Max. lib. 1. cap. 3. sic Numa nocturnos conventus cum Dea Ægea simulavit, Liv. lib. pag. 22. Schonb. lib. 3. cap. 2.* f) *Divinas dicimus leges quæ ad religionis, & divini cul- tus officium pertinent: Humanas, quæ ad commodum & utilitatem hominum: publicas ad statum totius Reip.: privatos, quæ ad singulorum utilitatem & rationem referuntur: personis, cum de statu & dignitate & conjunctione per- sonarum queritur: Rebus, cum de Dominiorum distinctione & commercijs agitur. Illud omnino notandum, ut condentur de his, quæ frequenter fieri solent, leg. 3. & seqq. de ll. & leg. 28. ff. de judic. & negotiosis etiam futuris, non verò præteritis formam dent. l. 9. C. de ll. & C. 29. §. questum C. de test.*

X X X X I I I.

Forma legum consistit in pluribus *a*, quarum finis generalis est salus Reip. *b*, effectus quod videlicet vel ad obedientiam, vel ad pœnam obligent *c*, earumque adjuncta *d*, & pugnancia *e*, ab Autoribus assignantur varia. Legibus proprium est executio *f*, qua remota regna sunt latrocinia *g*.

a) *1. ut concipiantur generaliter non in singulas personas, leg. 8. de ll. 2. Sint breves 3. Iubeant non disputent. 4. In scripta redigantur. 5. Ratio- nem etiam optimam habeant, l. 17. ff. de ll. nec tamen superstitiosè in legis ra- tionem inquirendum est, l. 20. cum seqq. eod. l. 57. §. fin. ff. ad C. aquil. & leg. 2. C. de crim sacrileg.* b) *Specialis finis legum est, ut per eas homines retinean- tur in officio, Schonb. 3. polit cap. 4.* c) *1. Divus ff. de iur. patr. l. 1. t. 7. ff. de ll. si ve id fiat contra expressam legis prohibitionem, si ve in fraudem legis, leg. 29. cum sequent. ff. de ll.* d) *1. Leges ut sint pauca, leg. 2. ff. de ll. 2. quod si vox legis ambigua, ea potius significatio accipiatur, quæ caret vitio, l. 67. de R. l. l. 19. de ll. 3. benignior semper præferatur sententia, l. 152. in fin. de R. l. l. 55. eod. l. 18. & 25. ff. d. t.* e) *1. Interitus & occasus earum. qui contingit vel de-*
svern-

svetudine, cum non utendo finiuntur & antiquantur. ut in liberis deditijs & latinis, §. fin. instit. de libertat. Item in testamentis calatis comitijs in pro-
 cinctu & per as & libram, §. r. instit. de testament. Vel id contingit constitutione
 alialata, qua aut abrogantur aut obrogantur. Abrogantur, quæ penitus tolluntur,
 ut L. fusia canina, l. un. inst. de l. fus. can. toll. Derogantur quarum pars auferitur,
 ut l. aquil. cujus secundum caput in usu, esse desijt, §. liberum instit. de L. A-
 quil. Subrogantur quibus aliquid adficitur, ut in testamentis paulatim conti-
 git, §. sed cum paulatim instit. de testam. obrogantur quæ in aliam speciem &
 formam mutantur, ut usucapio, t. t. C. de usuc. transform. 2. mutatio vete-
 rum & subrogationovarum, Schonb. 3. polit. cap. 9. f) Nam Lex executio-
 ne carens similis est campanæ aut nolæ sine pistillo, veluti Magistratus mutus,
 Bodin. lib. 5. Rep. g) Luc. 12. vers. 31. teste Div. Augustin. Sapient. 1. Ad-
 ministratio Iustitiæ idem est in Rep. ut anima in corpore, Tholoss. lib. 10. cap. 7.
 de Rep.

THESIS XXXIV.

Illud indubitati Juris est, Magistratum legem latam posse mutare & aliam
 subrogare a, consequenter certam à legibus præfinitam pænam capitalem
 in aliam convertere b, Imò cum distinctione condonare c. Utrum judicando
 magis æquitatem quam Jus strictum Magistratus sequi d, & secundum consci-
 entiam suam, an verò secundum acta & probata judicare tenetur? quæstio
 tam inter præcticos quam Theoricos controvertitur. Nos rejecta Martini &
 Joannis opinione negativa, contrariam affirmativam amplectimur sententi-
 am e, Coronidis loco. Executores justitiæ, hoc est carnifices ratione officij
 non esse infames firmiter tenemus f.

- a) Leges leniter & lentè abrogari & mutari posse, apud gravissimos & saniores
 politicos probatum invenimus, Lips. l. 4. cap. 9. Cas. l. 2. spher. civit. Dan. 3.
 polit. 4. b) Status Imperij animadversionem capitalem ob merum & mix-
 tum Imperium mutari posse probat Roland à Valle consil. 4. num. 2. lib. 3.
 c) Si crimina sint, quæ non legibus divinis, sed legibus humanis ultimo sup-
 plicio vindicantur, 1. Reg. 2. vers. 26. & passim. Trentl. 2. thes. 3. lit. g. Zopp-
 dell. Mosaicis lib. 5. Christ. tit. de Iud. criminalib. Arnis 11. polit. 16. &c.
 d) Sententiam nostram tam legibus quam æquitati convenientem esse proba-
 tur per text. in l. placuit C. de Iudic. l. 14. §. 13. ff. de relig. & sumpt. fun. Nam
 leges scire non sunt verba earundem tenere, sed vim ac potestatem, l. scire ff. de ll.
 Nec ex cerebro nostro æquitatis interpretatio sed ex præsumpta legislatoris, mente
 arripienda est, l. 18. ff. de ll. Undè dicitur in omnibus quidem maximè tamen

38.

in jure equitas est spectanda, l. ff. de R. I. e) Index veritatem spernens iniquitatis & injuria fautor existit, arg. l. meminere C. unde Vi. Ergo nostra sententia ut verior amplectenda cum Vasqu. controu. 14. Oldendorp. in tr. de Jur. & eq. Corras. ad l. 6. §. 1. n. 3. ff. offic. presid. & 4. misell. 20. Hotom. illustr. qu. 2. 7. Arum. disp. 1. pandect. th. 23. Cognito enim sine, qui est veritas cessant destina- ta ad finem, argument. §. sed si est, institut. de suspect. tut l. 7. in fin. ff. de senat. Ergo. f) Cic. in orat. pro Rabio, & Tholoff. referente Keckerman. discurs. philos. 32. q. 6. Carnifices vel natura ipsa humana homines esse exosos inquirunt, ac munus ubi vis fere gentium sordidum judicari confirmat Bod. lib. 3. de Rep. Verum honestum esse sceleratos puniri nemo negabit. Accedit enim mos Angliae, in qua idem Bod. d. l. extremum pietatis officium esse scribit, si proximiores populi imò ipsi Parentes carnifices agant & facinerosis de trabe gamili pendentibus gulam frangant. Quod verò male audiant isti executores alias causas red- dit Zepp. lib. de ll. Mosaicis c. 7.

DISCVRSVS XII.
DE IVRE BELLI

Togata Magistratus gubernatione peracta, sequitur nunc militaris, quam dum politicis inserimus, nulli unquam aliquid præscribere, vel formam vel modum dare est animus,

T H E S I S. XXXV.

Bellum variè deducitur a, definitur: quod sit duorum contrariorum pu- blicorum exercituum, justa & prudenter à Magistratu, pacis retinendæ vel consequendæ causa, indicta contentio b. Causæ belli possunt considerari quatuor: Efficiens materia, forma, finis. Efficiens belli causa dupliciter con- sideratur ut principalis c, & impulsiva d.

- a) *Varie sunt auctorum derivationes, rectius illi bellum derivant à græco nomine Βέλῳ, quod telum significat, bellum enim telis geritur, Canon. lib. 9. comment. Jur. civ. c. 5. num. 1. Bocer. tract. de bell. c. 3. b) per Tò exercituum excludimus monomachiam. Dixi publicum; Nam bellum non est pugna hominum priva- torum, Alciat. ad l. 234. de V. S. utpote nec latronum & piratarum, l. 118. & l. de captiv. & postl. Neq; rebellio subditorum in Magistratum, l. 68. de R. V. Gail. 2. de P. P. c. 17. num. 29. Tales declarantur ut seditiosi. Sixtin. lib. 1. c. 2. n. 21. c) Causa efficiens principalis est regulariter summus Magistratus utpote in Imp. nostro Imperator. Arnif. de pr. Majest. lib. 2. c. 5. num. 10. Paurm. de Jurisdic. c. 3. num. 21. Bocer. lib. 1. de bell. c. 4. hodiè per leges Imperij non solus sed ordines*

ordines de bello, inferendo statuunt, Heig. l. 1. quest. 12. num. 29. Privati ergo Principes inferiores ad iudicium Martis regulariter decurrere non debent, const. pac. publ. Ord. Cam. princ. 2. tit. 15. R. A. de anno 1555. Nisi periculum sit in mora, & iudex haberi non possit, quia tunc licitum est nobis Ius dicere, d) Causa impulsiva ex qua licite bellum geritur distingui potest in generalem, quae est inevitabilis necessitas; & specialem quales sunt 1. sui suorumque defensio, l. 2. §. eum igitur ff. de vi & vi armat. l. 3. de l. & I. Gail. Bocer. & alij. Nam qui injuria non resistit, cum possit in eodem vitij causa cum inferente esse censetur, Haubold. ab Ende discurs. crimin. c. 6. sub posit. 222. Anton. Gomez. tom. 3. veteriar. resolut. c. 2. num. 9. Et alij complures. Quo pertinet defensio nostrorum bonorum, item patria libertatis, tranquillitatis, item verae religionis & c. Schonb. lib. 6. polit. c. 3. Bocer. l. 1. ff. de bell. l. c. 5. 2. Est sociorum ab alijs oppressorum liberatio, quam suadet religio & fides pactorum & cognatio, l. 3. ff. de Ius & Iur. l. 50. l. 109. de R. Iur. ad del. 6. in fin. ff. de re milit. 3. Est vi rerum ablatarum nec Iuris via recuperatarum repetitio, Lips. lib. 5. polit. c. 4. Nam si aliunde quam bello medicina superest bello renunciandum, Heig. q. 12. p. 1. num. 41. Invasio enim nulla licita nisi spes in solis armis relicta, Liv. lib. 9. 4. Est foederum & pactorum ab altera parte violatio, Dan. lib. 6. polit. Boc. d. tr. lib. 1. c. 5. Alth. d. l. Hinc Iosias Princeps alioqui pius à DEO mulctatus est, quia necessario non suscepit bellum, 2. par. c. 35.

THESIS XXXVI.

Belli materia consistit in instrumentis & medijs necessarijs, quorum praecipuum est pecunia a, huic est proxima provisio commeatus seu annonae & rei frumentariae b, tertio succedunt arma c, quarto cura Ducis & militum d; Milites conscribi autem non omnes indifferenter possunt e, possunt tamen Principes Christiani ex populo plane infideli milites conscribere f, milites probatoria facta, Jusjurandum praestare tenentur g.

a) Sapientis proinde est principis in tempore de preparatorijs esse sollicitum exemplo Philippi Macedonis qui debellaturus Persas, totum biennium in apparatu fuit occupatissimus, Dn. de la Nove discurs. 22. pag. 530. b) Hoc unicum & maximum consilium est ut tibi sufficiat victus, hostes frangat inedia, Veget. lib. 3. de re milit. c) Quemadmodum enim apes amisso aculeo, aper dente, taurus cornu torpet; ita miles sine armis. d) Dux ante omnia studeat pietati; Rei militaris scientia sit instructissimus; Variarum gentium naturas cognoscat, veluti Hispanos ad subitas irruptiones & hostem fugientem pronos; Italos ad occupandos muros paratos; Gallos & Belgas ad insidias & strategemata aptos; Germanos ad sustinendos aperto Marte hostium impetus. Tertio sit historiarum & veterum

& re-

& recentiorum, exemplo Alphonsi & Gallia Regis Francisci peritissimus.
 Quarto sit probata fidei & talis cui Princeps se suumq; exercitum tuto commit-
 re possit. e) Utpote: Clerici; infames l. 2. de his qui not. infam. l. 4. de remi-
 lit. Item qui ad bestiam damnati vel in Insulam deportati sunt, l. qui cum de
 remilit. Item Coloni, l. Colones C. de agric. & censit. l. fin. C. de mancip. e)
 Hoc inter Carolum V. & Franciscum I. Gallia Regem acriter fuit disputa-
 tum, & quamvis neget Schenck à Tautenberck; Nos tamen exemplo Abra-
 hami Genes. 14. 1. Maccab. 8. vers 2. Reg. 5. contrarium affirmare moti: pre-
 fertim si ob tutelam corporis sui fecisse videtur, l. 45. §. 4. ff. ad L. aquil. g)
 Hodie probatoriam expediunt Commissarij militares, Schonb. d. l. c. 13. Iurant
 itaq; se omnia strenue, qua praecepit Imperator facturos, & nunquam deserturos
 militiam pro Rom. Rep. polyb. lib. 6. Cinc. l. 5. de remil. Liv. l. 22. l. 13. ff. de re
 milit. & l. ex militari ff. de test. milit.

T H E S I S. XXXVII.

Officiarij respectu totius exercitus *a*, & respectu alicujus cohortis vel
 regiminis sunt generales *b*, vel speciales *c*, quibus annumerantur plu-
 res *d*.

a) Dux belli. 2. Illius Vicarius. 3. Supremus rei armamentariae praefectus. 4.
 Supremus excubiarum praefectus. 5. Supremus metator atque mensor. 6. Su-
 premus quaestor. 7. Supremus annonae praefectus. 8. Supremus rerum capita-
 lium praefectus; quibus adduntur Capellanus, Medicus, Secretarius, scriba,
 fecialis, custodes, lectores &c. *b*) Generales respectu regiminis equitum
 sunt, Magister equitum & illius legatus. Speciales sunt: 1. praefecti equi-
 tum. 2. equestris metator & mensor. 3. praefectus excubiarum. 4. praetor,
 Der Reüter Profos / 20. quibus junguntur Capellanus, Medicus, Scriba,
 Tubicines. *c*) Generales regiminis peditum sunt: Magister peditum & Vi-
 carius illius. Specialis sunt: 1. Tribuni, 2. Decuriones. 3. Index Gene-
 ralis. Regiment Schulheiß. 4. Praefectus Vigilum. 5. Annonae Instructor,
 6. Metator pedestris. 7. Executor rerum capitalium. 8. Lixarum atque
 calonum ductor, über den verlohrenen Hauffen Hure. Webel; Quibus adde
 Cappellanum, medicum, viatorem, custodes, lectores. *d*) Et principaliter
 ad armamentarium pertinent: 1. Quaestor armamentarius, Zahlmeister. 2.
 aggeribus struendis praepositus. 3. quaestor rei armamentaria. 4. Custos ejus-
 dem. 5. Aurigarum. 6. Vehiculorum, praepositus. 7. Pontium Magister.
 8. Fossarum & caniculariorum praepositus. 9. Büchsenmeister. 10. Pulvis
 mstos &c.

41.
T H E S I S XXXVIII.

CAusa conservans militum est partim liberalis solutio stipendiorum *a*, partim præmia *b*, partim privilegia inter vivos *c*, & partim circa ultimas voluntates *d*, quibus etiam milites nostri temporis gaudent *e*. Christianus licitè bellum gerere *f*, & in bello strategematibus uti *g*, Ducemque belli prælio interesse debere *h*, affirmamus.

a) Stipendia apud veteres certa erant: hodiè pro personarum qualitate nunc augentur nunc iminuuntur. b) Præmia militum vel sunt solùm honos & decus; ut laudatio, nobilitas, corona, statua &c. c) Privilegia militum inter vivos vide in t. t. C. de restit. milit. l. ult. C. de fur. l. 5. & l. 14. §. 1. ff. de re milit. l. 3. §. 1. de mun. l. 2. C. de re milit. &c. Milites conventi in civilibus quàm criminalibus non alibi, quàm coram suis Ducibus conveniuntur, l. fin. C. de re milit. d) Circa ultimas voluntates Privilegia vide l. 15. §. 1. leg. 13. 14. 15. C. de re milit. & t. t. institut. eod. l. 4. C. de milit. testament. l. 15 h. t. l. §. miles §. ult. h. tit. & l. certi furis (eod. e) Quia permissa intelliguntur durare donec revocentur expressè, l. 7. C. de testament. Atq; hisce legibus nulla contraria constitutione est derogatum. Ergò. f) Negant hoc Anabaptista & cum ijs Lactant. lib. 5. institut. Tertullian. de Idololatr. quorum argumenta vide apud Jun. quæst. polit. part. 2. qu. 67. pag. 139. Timpl. in pol. l. 4. c. 10. q. 2. Nostram sententiam ut veriore confirmant exempla Moysis, Josue, Gedeonis, Davidis, Josue &c. g) Reprobant stratagemata tanquam à bona fidei diametro, Schonb. lib. 6. polit. c. 27. Timpl. in polit. lib. 4. c. 10. qu. 24. Sed nostro Iudicio non rectè, quia Deus ipse ijs uti mandavit Josue, Jos. 8. vers. 2. Davidi 2. Sam. 5. vers. 23. Nec ad Iustitiam interest, cum justum bellum susceperis, utrum aperta pugna, an insidijs viceris, Cap. 25. qu. 2. quo etiam facit l. 2. 6. de captiv. & l. 3. ff. de l. & l. h) Ducem mascula voce milites debere animare, incitare cohibere, & circumspicere, ne aciei ordo perturbetur, ne à tergo & fronte simul oppugnetur atq; adeo, ne cingatur & circumveniat ab hoste, omnium fermè populorum suffragijs & moribus stabilitur, Guevera in Hor. lib. 1. cap. 3. Summè verò cavere debet, ne in periculum sese temerè conjiciat, Keck. 5. l. syst.

T H E S I S IXL.

Justitia dat bonis præmia, malis pœnam, quæ semper in bello durior, quàm in pace fuit *a*, & delinquentium militum varia est *b*: peraguntur illorum causæ 1. in Iudicio ordinario *c*, 2. in hasta criminali *Spieß. Bericht* *d*, 3. in Iudicio statario, *Stand. Bericht* *e*. 4. in Iudicio camerali. *f*.



a) Sic Tiberius ob pavonem, & Car. Burg. Dux ob Gallina, avicula subtractionem, furca necari milites iussit, ne videlicet eos quos defendere deberent, ipsi spoliarent, Sveton. in Tibull. b) Quaedam cum paganis communes, utpote quae oriuntur ex stupro, adulterio, furto &c. quaedam sunt leviores, ut multa pecuniaria, modica corporis castigationes vel graviores, tam capitales, quam infamia & exauctoratio. c) Ad iudicium ordinarium requiritur Schultetus, qui praestito iuramento 12. ut plurimum se legit ad assessores, item iudicij scribam, & viatorem, die statuto punctim ad horam octavam sub dio peragitur, & conceditur tam Actori quam reo, ut quendam ex his 12. si velit, nominet, qui cause suae patrocinetur, & nec cuiquam defensio, quae naturalis est, adimatur, nec inauditus morte condemnatur, ter idem repetitur iudicium. d) Si quis contra unum vel alterum militarem articulum peccat die iuridico universus convocatur exercitus. Unde wird der Verbrecher dargestellt / und endlich auff vorhergehendes Urtheil und Recht durch die Spiesse gejagt / da unterdessen alle Fensel so gegeneinander / ihre Fahnen Spitzen in die Erden stecken bis daß Urtheil ergangen. e) Iudicium statarium in causis notorijs locum habet. Et sicut duo priora tribus diebus; Ita hoc uno tantum instituitur & peragitur. Wird also der Übelthäter / wo der Artikel. Brief gebrochen / ohn alle Gnade an einen Baum gehenckt / und die Besah seines Todes auff einen Zettel geschrieben / und auff d'e Brust gegen das Herz geheftet. f) Quod si causa capitalis non sit, iudicio Camerali locus est, Obrecht. de milit. & Andreas Reiter / in seiner Kriegs-Ordnung.


T H E S I S L.

AD belli formam referimus ardentibus precibus a, maturam deliberationem b, belli denunciationem c, quae olim varia d, hodiè aliter fit e, atque ut sic bellum legitimè indictum optimè exequatur respiciendum est, & ad castrorum metationem & ad perfectam exercitus gubernationem f: Finis belli est Victoria g.

a) Magistratus bellum suscepturus ardentibus precibus Deum invocet, ut ipsi felicem successum & eventum prosperum largiri velit b) Instituat dein maturam deliberationem cum viris prudentibus & rei militaris peritis de medijs ad bellum necessarijs, de viribus & copia hostium, de auxilijs, quae hinc & inde haberi possunt, de casibus & eventibus dubijs, ut, quantum fieri potest, omnem fortunam adversam evitare possit. c) Fiat belli denuntiatio, quae clarigatio seu indictio dicitur, & adde necessaria, ut sine ea, nec insidijs nec aperto Marti locus sit, Bocer. l. i. c. 6. d) Carthaginenses Romanos petituri bello, hastata

hastam Romam mittebant, Cal. lib. 21. antiq. lect. cap. 16. Quam etiam Romanos Periscis Latinis indicturos misisse testatur Liv. lib. 1. Salyc. l. 2. e) Hodie clarigatio fieri solet per fecialem, qui est minister publicus & praco, qui iure legatorum fruitur, dicitur etiam Pater patratus & Germanis etiam Herold. Vel etiam per litteras clarigationis, quae per puerum mitti solent, & dicuntur Germ. Feind oder Absage-Brieff. f) De quibus vide Bart. Potiscum problemat. Architect. Robert. flod. lib. 3. exercit. ord. in camp. Daniel Speckelo in Architect. & c. g) Quam subsequitur pax aurea. Victoria DEO est adscribenda, non vero superbius & incautus mentes humanae efferenda. Ea ergo caute & leniter ac moderate & cogitandum rerum humanarum galelam & circulum esse quendam, qui non sinat eosdem semper esse felices fortunamque vitream & mutabilem.

FINIS.




00 A 6293 (1)


ULB Halle 3
002 925 354



Bto ✓







DISSERTATIO
IVRIDICO-POLITICA
ROMANO GERMANICI IMPERII,

274 M
ASPIRANTE DIVINO NUMINE

EX
DECRETO & AUCTORITATE

Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi Iuris Consultorum Or-
dinis in Illustri & celeberrima Franciæ Orientalis
quæ est Herbipoli ad Mœnum

JULIA UNIVERSITATE

PRO LICENTIA

In Augusto Iuristarum Collegio evergebat

IOANNES CHRISTIANVS TEUTO.

EX NIENBURG,

ad diem 30. Augusti, Anno 1666.

Cam permissa Superiorum.



HERBIPOLI.

Typis Etiz Michaelis Zinck, Typographi Aulico-Academici.